23. Interea vero, cum Athenienses, qui erant in Plemmyrio, ad mare descendissent, et animos ad pugnam navalem intentos haberent, Gylippus prima luce *illorum* munitiones repente invasit. Ac primum *quidem e tribus* maximam cepit, deinde vero et *reliquas* duas minores. custodes enim *illarum*, cum maximam *munitionem* facile captam animadvertissent, sustinere non sunt ausi.

Atque ex prima quidem *munitione*, quae capta fuit, homines, quotquot et in navigia et in quandam onerariam navem confugerant, aegre in *ſua* caſtra ſe receperunt. Cum enim Syracuſani cum ſuis navibus, quas in magno portu habebant, navali proelio ſuperiores eſſent, una *illorum* velox triremis ipſos inſequebatur. Dum autem hae duae munitiones caperentur, interea et Syracuſani jam *proelio navali* vincebantur, et qui ex his *munitionibus* fugiebant, facilius praetervecti ſunt. Nam Syracuſanorum naves, quae ante *magni portus* oſtium pugnabant, cum Athenienſium naves per vim loco pepuliſſent, nullo ordine in *portum* navigabant; et, quod propter confuſionem inter ſe colliderentur, victoriam Athenienſibus praebuerunt. Nam *Athenienſes* et has in fugam verterunt, et illas, a quibus initio in ipſo portu ſuperati fuerant. Atque undecim quidem Syracuſanorum naves depreſſerunt, et majorem hominum partem interfecerunt, exceptis illis, qui erant in tribus navibus, quos vivos ceperunt. Ipſorum vero *Athenienſium* tres naves profligatae fue-

φθέν. καὶ ἐκ μὲν τοῦ πρώτου ἁλόντος, χαλεπῶς οἱ ἄνθρωποι, ὅσοι καὶ ἐς τὰ πλοῖα καὶ ὁλκάδα τινὰ κατέφυγον, ἐξεκομίζοντο ἐς τὸ στρατόπεδον. τῶν γὰρ Συρακουσίων ταῖς ἐν τῷ μεγάλῳ λιμένι ναυσὶ κρατούντων τῇ ναυμαχίᾳ, ὑπὸ τριήρους μιᾶς καὶ εὖ πλεούσης ἐπεδιώκοντο· ἐπειδὴ δὲ τὰ δύο τειχίσματα ἡλίσκετο, ἐν τούτῳ καὶ οἱ Συρακούσιοι ἐτύγχανον ἤδη νικώμενοι, καὶ οἱ ἐξ αὐτῶν φεύγοντες ῥᾷον παρέπλευσαν. αἱ γὰρ τῶν Συρακουσίων αἱ πρὸ τοῦ στόματος νῆες ναυμαχοῦσαι, βιασάμεναι τὰς τῶν Αθηναίων ναῦς, οὐδενὶ κόσμῳ ἐσέπλεον, καὶ ταραχθεῖσαι περὶ ἀλλήλας, παρέδοσαν τὴν νίκην τοῖς Αθηναίοις. ταύτας τε γὰρ ἔτρεψαν, καὶ ὑφ' ὧν τοπρῶτον ἐνικῶντο ἐν τῷ λιμένι. καὶ ἕνδεκα μὲν ναῦς τῶν Συρακουσίων κατέδυσαν, καὶ τοὺς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων ἀπέκτειναν, πλὴν ὅσον ἐκ τριῶν νεῶν οὓς ἐζώγρησαν. τῶν δὲ σφετέρων τρεῖς νῆες διεφθάρησαν. τὰ δὲ ναυάγια ἀνελκύσαντες

τῶν Συρακουσίων, καὶ τροπαῖον ἐν τῷ νησιδίῳ στήσαντες τῷ πρὸ τοῦ Πλημμυρίου, ἀνεχώρησαν ἐς τὸ ἑαυτῶν στρατόπεδον.

κδ΄. Οἱ δὲ Συρακούσιοι κατὰ μὲν τὴν ναυμαχίαν οὕτως ἐπεπράγεσαν, τὰ δ' ἐν τῷ Πλημμυρίῳ τείχη εἶχον, καὶ τροπαῖα ἔστησαν αὐτῶν τρία. καὶ τὸ μὲν ἕτερον τοῖν δυοῖν τειχοῖν τοῖν ὕστερον λειφθέντοιν κατέβαλον, τὰ δὲ δύο ἐπισκευάσαντες ἐφρούρουν. ἄνθρωποι δ' ἐν τῶν τειχῶν τῇ ἁλώσει ἀπέθανον καὶ ἐζωγρήθησαν πολλοί· καὶ χρήματα πολλὰ τὰ ξύμπαντα ἑάλω. ὥστε γὰρ ταμιείῳ χρωμένων τῶν Αθηναίων τοῖς τείχεσι, πολλὰ μὲν ἐμπόρων χρήματα καὶ σῖτος ἐνῆν, πολλὰ δὲ καὶ τῶν τριηράρχων. ἐπεὶ καὶ ἱστία τεσσαράκοντα τριηρῶν καὶ τἄλλα σκεύη ἐγκατελείφθη, καὶ τριήρεις ἀνελκυσμέναι τρεῖς. μέγιστον δὲ καὶ ἐν τοῖς πρῶτον ἐκάκωσε τὸ στράτευμα [τὸ] τῶν Αθηναίων ἡ τοῦ Πλημμυρίου λῆψις. οὐ γὰρ ἔτι οὐδ' οἱ ἔσπλοι ἀσφα-

runt. Cum autem Syracusanorum naufragia subduxissent, et tropaeum erexissent in parva insula ante Plemmyrium sita, in sua castra redierunt.

24. Atque Syracusani in proelio quidem navali rem ita gesserunt: at munitiones in Plemmyrio sitas habebant *in sua potestate*, et tria ipsarum tropaea statuerunt. Et e duabus quidem munitionibus posterius captis alteram diruerunt, duas vero refecerunt, et imposito praesidio tuebantur. In hac autem istarum munitionum expugnatione multi perierunt, vivique *multi* capti fuerunt. Praeterea et universa pecunia, quae ingens erat, capta fuit. Quod enim Athenienses his munitionibus ut aerario uterentur, multa quidem negotiatorum pecunia, et frumentum inerat, multa etiam trierarcharum, siquidem et quadraginta triremium vela, et caetera *navium* instrumenta illic relicta fuerant, et tres triremes subductae. Haec autem Plemmyrii expugnatio Atheniensium copias maxime ac in primis afflixit. Nec enim commeatus *in castra* tu-

to amplius importari poterant (nam Syracufani, qui cum fuis navibus illic ftationem adverfus *ipfos* habebant, *eos illuc importari* prohibebant) jamque importabantur *tantum* proelio commiffo. Atque caeteris etiam in rebus *haec Plemmyrii expugnatio* terrorem, animique demiffionem exercitui attulit.

25. Poftea vero Syracufani naves duodecim cum Agatharcho Syracufano ipfarum praefecto miferunt. Atque harum una quidem in Peloponnefum ivit, legatos vehens, qui rerum fuarum ftatum, et fpem, quam *de propulfandis hoftibus* concepiffent, *Peloponnefiis* declararent; et *ipfos* ad bellum illic multo acrius *quam ante* adminiftrandum incitarent. Caeterae vero undecim naves Italiam verfus navigarunt, quod audiffent, naves pecunia onuftas ad Athenienfes curfum tenere. Has autem naves nactae, plerasque corruperunt; et materiam ad aedificandas naves idoneam, quae Athenienfibus erat praeparata, in Cauloniatide concremarunt. Poftea vero ad Locros iverunt. Et cum *illic* in ftatione effent, una oneraria navis ex Peloponnefo Thefpienfium gravis

λεῖς ἦσαν τῆς ἐπαγωγῆς τῶν ἐπιτηδείων; (οἱ γὰρ Συρακούσιοι ναυσὶν αὐτόθι ἐφορμοῦντες ἐκώλυον) καὶ διὰ μάχης ἤδη ἐγίγνοντο αἱ ἐσκομιδαί· ἔς τε τὰ ἄλλα κατάπληξιν παρέσχε καὶ ἀθυμίαν τῷ στρατεύματι.

κέ. Μετὰ δὲ τοῦτο, ναῦς τε ἐκπέμπουσι δώδεκα οἱ Συρακούσιοι, καὶ Αγάθαρχον ἐπ' αὐτῶν Συρακούσιον ἄρχοντα. καὶ αὐτῶν μία μὲν ἐς Πελοπόννησον ᾤχετο, πρέσβεις ἄγουσα, οἵπερ τὰ σφέτερα φράσωσιν ὅτι ἐν ἐλπίσιν εἰσὶ, καὶ τὸν ἐκεῖ πόλεμον ἔτι μᾶλλον ἐποτρύνωσι γίγνεσθαι. αἱ δὲ ἕνδεκα νῆες πρὸς τὴν Ιταλίαν ἔπλευσαν, πυνθανόμεναι πλοῖα τοῖς Αθηναίοις γέμοντα χρημάτων προσπλεῖν. καὶ τῶν τε πλοίων ἐπιτυχοῦσαι τὰ πολλὰ διέφθειραν, καὶ ξύλα ναυπηγήσιμα ἐν τῇ Καυλωνιάτιδι κατέκαυσαν, ἃ τοῖς Αθηναίοις ἕτοιμα ἦν. ἔς τε Λοκροὺς μετὰ ταῦτα ἦλθον. καὶ ὁρμουσῶν αὐτῶν, κατέπλευσε μία τῶν ὁλκάδων τῶν ἀπὸ Πελοποννήσου, ἄγουσα

Θεσπιέων ὁπλίτας. καὶ ἀναλαβόντες αὐτοὺς οἱ Συρακούσιοι ἐπὶ τὰς ναῦς, παρέπλεον ἐπ' οἴκου. φυλάξαντες δ' αὐτοὺς οἱ Ἀθηναῖοι εἴκοσι ναυσὶ πρὸς τοῖς Μεγάροις, μίαν μὲν ναῦν λαμβάνουσιν αὐτοῖς ἀνδράσι, τὰς δ' ἄλλας οὐκ ἠδυνήθησαν, ἀλλ' ἀποφεύγουσιν ἐς τὰς Συρακούσας. ἐγένετο δὲ καὶ περὶ τῶν σταυρῶν ἀκροβολισμὸς ἐν τῷ λιμένι, οὓς οἱ Συρακούσιοι πρὸ τῶν παλαιῶν νεωσοίκων κατέπηξαν ἐν τῇ θαλάσσῃ, ὅπως αὐτοῖς αἱ νῆες ἐντὸς ὁρμοῖεν, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐπιπλέοντες μὴ βλάπτοιεν ἐμβαλόντες. προσαγαγόντες γὰρ ναῦν μυριοφόρον αὐτοῖς οἱ Ἀθηναῖοι, πύργους τε ξυλίνους ἔχουσαν καὶ παραφράγματα, ἔκ τε τῶν ἀκατίων ὤνευον ἀναδούμενοι τοὺς σταυρούς, καὶ ἀνέκλων, καὶ κατακολυμβῶντες ἐξέπριον. οἱ δὲ Συρακούσιοι ἀπὸ τῶν νεωσοίκων ἔβαλλον, οἱ δ' ἐκ τῆς ὁλκάδος ἀντέβαλλον· καὶ τέλος τοὺς πολλοὺς τῶν σταυρῶν ἀνεῖλον οἱ Ἀθηναῖοι. χαλεπωτάτη δ' ἦν τῆς σταυρώσεως

armaturae milites vehens, *illuc* appulit. Syracuſani autem, his in ſuas naves receptis, domum redire coeperunt. Sed Athenienſes, qui cum viginti navibus ad Megara ſtationem habebant, cum ipſos obſervaſſent, unam quidem *illorum* navem cum ipſis viris interceperunt, caeteras vero *capere* non potuerunt; ſed Syracuſas elapſae ſunt. Quinetiam in ipſo portu leve certamen commiſſum eſt pro vallis, quos Syracuſani ante vetera navalia in mari defixerant, ut ipſorum naves intra *hos* ſtationem haberent; utque Athenienſes, ſi contra *Syracuſanos* navigarent, *ipſis* nocere non poſſent, cum *in ipſos* impreſſionem facerent. Athenienſes enim, cum ad hos *vallos* admoviſſent ingentem navem, quae decem millia *ſarcinarum* ferre poterat, et ligneas turres habebat, et pluteis munita erat, vallos ex naviculis religatos circumagebant, fractosque convellebant, et urinantes *educebant, quos* ferra ſecabant. Syracuſani vero ex navalibus illos miſſilibus petebant, illi vero viciſſim ex oneraria navi tela *in ipſos* jaciebant. Ad extremum autem Athenienſes magnam vallorum partem evulſerunt. Sed omnium vallorum, illi

qui *ſub aquis* latebant, maximum negotium faceſſebant. Nam *Syracuſani* nonnullos vallos ſupra aquam non eminentes defixerant. Quare periculoſum erat *illuc* accedere, ne quis, re non praeviſa, navem *in vallum* ut in ſcopulum impingeret. Sed hos quoque *vallos*, urinatores mercede *ſolicitati*, aquam ſubeuntes, ſerra ſecabant. Syracuſani tamen *alios* vallos rurſus defixerunt. Multas etiam alias *nocendi* rationes alteri adverſus alteros excogitabant, (ut inter vicinos exercitus et caſtra oppoſita habentes fieri credibile eſt,) et levia proelia committebant, et nihil intentatum relinquebant. Praeterea Syracuſani legatos ex Corinthiis, et Ambraciotis, et Lacedaemoniis *delectos*, in *diverſas Siciliae* civitates miſerunt, ut et de Plemmyrio capto, et de navali pugna, in qua non tam hoſtium viribus, quam ſua confuſione ſuperati eſſent, nuntios afferrent. Simul etiam ut caeterarum rerum ſtatum declararent, et ſe ſpem habere *ſignificarent*, utque rogarent, ut conjunctis viribus, claſſe pariter ac peditatu, opem *ſibi* adverſus ipſos *Athenienſes* ferrent, quod et Athenienſes cum aliis copiis exſpectarentur; quod ſi

ἡ κρύφιος. ἦσαν γὰρ τῶν σταυρῶν οὓς οὐχ ὑπερέχοντας τῆς θαλάσσης κατέπηξαν· ὥστε δεινὸν ἦν προσπλεῦσαι, μὴ οὐ προϊδών τις ὥσπερ περὶ ἕρμα περιβάλῃ τὴν ναῦν. ἀλλὰ καὶ τούτους κολυμβηταὶ δυόμενοι ἐξέπριον μισθοῦ. ὅμως δ' αὖθις οἱ Συρακούσιοι ἐσταύρωσαν. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα πρὸς ἀλλήλους (οἷον εἰκὸς τῶν στρατοπέδων ἐγγὺς ὄντων καὶ ἀντιτεταγμένων) ἐμηχανῶντο, καὶ ἀκροβολισμοῖς καὶ πείραις παντοίαις ἐχρῶντο. ἔπεμψαν δὲ καὶ ἐς τὰς πόλεις πρέσβεις οἱ Συρακούσιοι Κορινθίων καὶ Αμπρακιωτῶν καὶ Λακεδαιμονίων, ἀγγέλλοντας τήν τε τοῦ Πλημμυρίου λῆψιν, καὶ τῆς ναυμαχίας πέρι, ὡς οὐ τῇ τῶν πολεμίων ἰσχύϊ μᾶλλον ἢ τῇ σφετέρᾳ ταραχῇ ἡσσηθεῖεν· τά τε ἄλλα αὖ δηλώσοντας ὅτι ἐν ἐλπίσιν εἰσὶ, καὶ ἀξιώσοντας ξυμβοηθεῖν ἐπ' αὐτοὺς καὶ ναυσὶ καὶ πεζῷ, ὡς καὶ τῶν Αθηναίων προσδοκίμων ὄντων ἄλλῃ στρατιᾷ, καὶ ἢν φθάσωσιν αὐτοὶ πρότερον διαφθείραντες τὸ

παρὸν στράτευμα αὐτῶν, διαπολεμησόμενον. καὶ οἱ μὲν ἐν τῇ Σικελίᾳ ταῦτα ἔπρασσον.

κϛʹ. Ὁ δὲ Δημοσθένης, ἐπεὶ ξυνελέγη αὐτῷ τὸ στράτευμα ὃ ἔδει ἔχοντα ἐς τὴν Σικελίαν βοηθεῖν, ἄρας ἐκ τῆς Αἰγίνης, καὶ πλεύσας πρὸς τὴν Πελοπόννησον, τῷ τε Χαρικλεῖ καὶ ταῖς τριάκοντα ναυσὶ τῶν Ἀθηναίων ξυμμίσγει. καὶ παραλαβόντες τῶν Ἀργείων ὁπλίτας [τινὰς] ἐπὶ τὰς ναῦς, ἔπλεον ἐς τὴν Λακωνικήν· καὶ πρῶτον μὲν τῆς Ἐπιδαύρου τι τῆς Λιμηρᾶς ἐδῄωσαν, ἔπειτα σχόντες ἐς τὰ καταντικρὺ Κυθήρων τῆς Λακωνικῆς, ἔνθα τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνός ἐστι, τῆς τε γῆς ἔστιν ἃ ἐδῄωσαν, καὶ ἐτείχισαν ἰσθμῶδές τι χωρίον, ἵνα δὴ οἵ τε Εἵλωτες τῶν Λακεδαιμονίων αὐτόσε αὐτομολῶσι, καὶ λησταὶ ἐξ αὐτοῦ, ὥσπερ ἐκ τῆς Πύλου, ἁρπαγὴν ποιῶνται. καὶ ὁ μὲν Δημοσθένης εὐθὺς, ἐπειδὴ ξυγκατέλαβε τὸ χωρίον, ἐπέπλει ἐπὶ τῆς Κερ-

ipſi praeſentem illorum exercitum mature prius *quam aliae copiae venirent*, profligarent, debellatum iri. Atque illi quidem, qui erant in Sicilia, haec agebant.

26. Demoſthenes vero, poſtquam exercitum collegit, cum quo in Siciliam ad opem ſuis ferendam erat trajecturus, ex Aegina ſolvens, in Peloponneſum navigavit, et cum Charicle et triginta Athenienſium navibus ſe conjunxit. Nonnullis etiam Argivorum militibus in naves aſſumtis, agrum Laconicum petierunt. Ac primum quidem Epidauri Limerae agrum in quadam parte vaſtarunt, deinde *vero* appulſi ad agri Laconici oram, quae eſt e regione Cytherorum, ubi eſt Apollinis templum, nonnulla illius agri loca vaſtarunt, et quendam locum Iſthmo ſimilem muniverunt, ut et Lacedaemoniorum ſervitia illuc transfugerent, et inde latrones, ut ex Pylo, praedatum irent. Atque Demoſthenes quidem, poſtquam eum locum muro complexus munivit, in Corcy-

ram trajecit, ut, aſſumtis illius regionis ſociis, in Siciliam quam celerrime navigaret, Charicles vero *illic* permanſit, donec *Demoſthenes* illum locum muniviſſet; et praeſidio illic relicto, poſtea et ipſe cum triginta navibus ſe domum recepit, et Argivi ſimul *abierunt*.

27. Hac eadem aeſtate, ex Thracibus etiam machaerophoris, qui ſunt ex Diaco genere, mille ac trecenti peltati Athenas venerunt, quos in Siciliam cum Demoſthene navigare oportuerat. Athenienſes vero, quod ſerius *et poſt Demoſthenis diſceſſum* veniſſent, ipſos in Thraciam, unde venerant, remittere ſtatuerunt. Nam eos retinere illius belli cauſa, quod ex Decelea gerebatur, ſumtuoſum videbatur. Eorum enim ſinguli quotidie ſingulas drachmas accipiebant. Decelea enim, poſtquam primum quidem hac aeſtate ab univerſis *Lacedaemoniorum* copiis munita eſt, deinde vero inſeſſa eſt praeſidiis a civitatibus miſſis, quae certo temporum ſpatio alia aliis per vices

κύρας, ὅπως καὶ τῶν ἐκεῖθεν ξυμμάχων παραλαβὼν, τὸν ἐς τὴν Σικελίαν πλοῦν ὅτιτάχιστα ποιῆται· ὁ δὲ Χαρικλῆς, περιμείνας ἕως τὸ χωρίον ἐξετείχισε, καὶ καταλιπὼν φυλακὴν αὐτοῦ, ἀπεκομίζετο καὶ αὐτὸς ὕστερον ταῖς τριάκοντα ναυσὶν ἐπ' οἴκου, καὶ οἱ Ἀργεῖοι ἅμα.

κζ΄. Ἀφίκοντο δὲ καὶ τῶν Θρακῶν τῶν μαχαιροφόρων τοῦ Διακοῦ γένους ἐς τὰς Ἀθήνας πελτασταὶ ἐν τῷ αὐτῷ θέρει τούτῳ τριακόσιοι καὶ χίλιοι, οὓς ἔδει τῷ Δημοσθένει ἐς τὴν Σικελίαν ξυμπλεῖν. οἱ δ' Ἀθηναῖοι, ὡς ὕστερον ἧκον, διενοοῦντο αὐτοὺς πάλιν ὅθεν ἦλθον ἐς Θράκην ἀποπέμπειν. τὸ γὰρ ἔχειν πρὸς τὸν ἐκ τῆς Δεκελείας πόλεμον αὐτοὺς, πολυτελὲς ἐφαίνετο. δραχμὴν γὰρ τῆς ἡμέρας ἕκαστος ἐλάμβανεν. ἐπειδὴ γὰρ ἡ Δεκέλεια, τὸ μὲν πρῶτον ὑπὸ πάσης τῆς στρατιᾶς ἐν τῷ θέρει τούτῳ τειχισθεῖσα, ὕστερον δὲ φρουραῖς ὑπὸ τῶν πόλεων, κατὰ διαδοχὴν χρόνου ἐπιουσῶν

τῇ χώρᾳ, ἐπῳκεῖτο, πολλὰ ἔβλαπτε τοὺς Ἀθηναίους, καὶ ἐν τοῖς πρώτοις χρημάτων τ' ὀλέθρῳ καὶ ἀνθρώπων φθορᾷ ἐκάκωσε τὰ πράγματα. πρότερον μὲν γὰρ βραχεῖαι γιγνόμεναι αἱ εἰσβολαὶ τὸν ἄλλον χρόνον τῆς γῆς ἀπολαύειν οὐκ ἐκώλυον, τότε δὲ ξυνεχῶς ἐπικαθημένων, καὶ ὁτὲ μὲν καὶ πλεόνων ἐπιόντων, ὁτὲ δ' ἐξ ἀνάγκης τῆς ἴσης φρουρᾶς καταθεούσης τε τὴν χώραν, καὶ λῃστείας ποιουμένης, βασιλέως τε παρόντος τοῦ τῶν Λακεδαιμονίων Ἄγιδος, (ὃς οὐκ ἐκ παρέργου τὸν πόλεμον ἐποιεῖτο) μεγάλα οἱ Ἀθηναῖοι ἐβλάπτοντο. τῆς τε γὰρ χώρας ἁπάσης ἐστέρηντο, καὶ ἀνδραπόδων πλέον ἢ δύο μυριάδες ηὐτομολήκεσαν, καὶ τούτων πολὺ μέρος χειροτέχναι· πρόβατά τε πάντα ἀπολώλει, καὶ ὑποζύγια· ἵπποι τε, ὁσημέραι ἐξελαυνόντων τῶν ἱππέων, πρός τε τὴν Δεκέλειαν καταδρομὰς ποιουμένων, καὶ κατὰ τὴν χώραν φυλασσόντων, οἱ μὲν ἀπεχωλοῦντο, ἐν γῇ ἀποκρότῳ τε καὶ

succedentia agrum *Atticum* invadebant *ac infestabant*, Athenienses magnis detrimentis affecit, et in primis res *illorum* afflixit et pecuniarum direptione et hominum interitu. Nam ante quidem irruptiones, quae fiebant, quod non diuturnae essent, non impediebant *Athenienses*, ne reliqua anni parte fructus ex agro suo perciperent: tunc vero, quod continenter obsiderent, et interdum quidem cum magnis copiis *eum* invaderent, interdum vero cogente necessitate par praesidium regionem incursionibus infestaret, et praedas ageret, et Agis Lacedaemoniorum rex adesset, (qui non negligenter bellum administrabat) Athenienses magnis detrimentis afficiebantur. Nam et universo agro privati erant, et servitiorum amplius quam viginti millia ad hostes transierant, horumque magna pars manuarias artes exercebat. oves etiam omnes amissae erant, et boves: et equi, quod ab equitibus tum ad Deceleam excursiones facientibus, tum *omnem circumcirca* regionem tutantibus, quotidie agitarentur, partim quidem claudi fiebant, quod in aspero solo gravi-

busque laboribus assidue vexarentur, partim vero sauciabantur.

28. Et commeatus, qui ex Euboea comportabantur, cum prius ex Oropo itinere terrestri per Deceleam citius comportarentur, circum Sunium, itinere maritimo magnis sumtibus *in urbem* importabantur. Et *caeteris etiam* omnibus rebus advectitiis aeque *ac ipsis commeatibus* civitas indigebat, et quae prius urbs erat, tunc in castellum commutata erat. Athenienses enim, quod interdiu quidem excubias ad murorum pinnas per vices agerent, noctu vero et universi, praeter equites, partim quidem in statione, ubi arma in promtu habebant, partim vero supra muros, aestate pariter et hyeme *excubias* agerent, aerumnis conficiebantur. Sed *illud* potissimum ipsos premebat, quod duo bella simul sustinerent. Atque eo pervicaciae progressi sunt, quam nullus credidisset, si prius *eam* audisset, quam ad eam illi devenissent. Nam ipsos a Peloponnesiis munitione circumsessos, tamen ne sic quidem ex Sicilia decedere *voluisse*, sed illic eodem modo vicissim obsidere Syracusas,

ξυνεχῶς ταλαιπωροῦντες, οἱ δ' ἐτιτρώσκοντο.

κη΄. Ητε τῶν ἐπιτηδείων παρακομιδὴ ἐκ τῆς Εὐβοίας, πρότερον ἐκ τοῦ Ωρωποῦ κατὰ γῆς, διὰ τῆς Δεκελείας θᾶσσον οὖσα, περὶ Σούνιον, κατὰ θάλασσαν πολυτελὴς ἐγίγνετο· τῶν τε πάντων ὁμοίως ἐπακτῶν ἐδεῖτο ἡ πόλις, καὶ ἀντὶ τοῦ πόλις εἶναι, Φρούριον κατέστη. πρὸς γὰρ τῇ ἐπάλξει τὴν μὲν ἡμέραν κατὰ διαδοχὴν οἱ Αθηναῖοι φυλάσσοντες, τὴν δὲ νύκτα, καὶ ξύμπαντες, πλὴν τῶν ἱππέων, οἱ μὲν ἐφ' ὅπλοις ποιούμενοι, οἱ δ' ἐπὶ τοῦ τείχους, καὶ θέρους καὶ χειμῶνος ἐταλαιπωροῦντο. μάλιστα δ' αὐτοὺς ἐπίεζεν ὅτι δύο πολέμους ἅμα εἶχον. καὶ ἐς φιλονεικίαν καθέστασαν τοιαύτην, ἣν, πρὶν γενέσθαι, ἠπίστησεν ἄν τις ἀκούσας. τὸ γὰρ αὐτοὺς πολιορκουμένους ἐπιτειχισμῷ ὑπὸ Πελοποννησίων, μηδ' ὣς ἀποστῆναι ἐκ Σικελίας, ἀλλὰ ἐκεῖ Συρακούσας τῷ αὐτῷ τρόπῳ ἀντιπολιορκεῖν, πόλιν

ὐδὲν ἐλάσσονα αὐτήν τε καθ' αὑτὴν τῶν Αθηνῶν, καὶ τὸν παράλογον τοσοῦτον ποιῆσαι τοῖς Ἕλλησι τῆς δυνάμεως καὶ τόλμης, ὅσον κατ' ἀρχὰς τοῦ πολέμου, οἱ μὲν ἐνιαυτὸν, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ τριῶν γε ἐτῶν, οὐδεὶς πλείω χρόνον ἐνόμιζον περιοίσειν αὐτοὺς, εἰ οἱ Πελοποννήσιοι ἐσβάλοιεν ἐς τὴν χώραν· ὥστε ἔτει ἑπτακαιδεκάτῳ μετὰ τὴν πρώτην ἐσβολὴν ἦλθον ἐς Σικελίαν, ἤδη τῷ πολέμῳ κατὰ πάντα τετρυχωμένοι, καὶ πόλεμον οὐδὲν ἐλάσσω προσανείλοντο τοῦ πρότερον ὑπάρχοντος ἐκ Πελοποννήσου. δι' ἃ καὶ τότε ὑπό τε τῆς Δεκελείας πολλὰ βλαπτούσης καὶ τῶν ἄλλων ἀναλωμάτων μεγάλων προσπιπτόντων, ἀδύνατοι ἐγένοντο τοῖς χρήμασι· καὶ τὴν εἰκοστὴν ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον τῶν κατὰ θάλασσαν ἀντὶ τοῦ φόρου τοῖς ὑπηκόοις ἐποίησαν, πλείω νομίζοντες ἂν σφίσι χρήματα οὕτω προσιέναι. αἱ μὲν γὰρ δαπάναι οὐχ ὁμοίως καὶ πρὶν, ἀλλὰ πολλῷ μείζους καθέστασαν,

urbem, ipſam per ſe Athenis non inferiorem; adeoque Graecorum opinionem fefelliſſe, quam hujus belli initio de ipſorum potentia et audacia conceperant, (nam alii quidem annum, alii vero biennium, alii etiam triennium; nullus vero diutius eos bellum toleraturos putabat, ſi Peloponneſii irruptionem in *ipſorum* agrum feciſſent.) ut, anno decimo ſeptimo poſt primam irruptionem, in Siciliam proficiſcerentur, hoc bello jam prorſus attriti, et alterum bellum praeterea ſuſciperent, non levius priore, quod a Peloponneſiis illatum *jam ſuſtinebant.* Propter quae, et multa detrimenta, quae a Decelea tunc accipiebant, ſimul etiam propter alios magnos ſumtus, quos pro variis occaſionibus, quae occurrebant, facere cogebantur, ad maximam pecuniae inopiam redacti ſunt. Et per id tempus tributi loco viceſimam mercium, quae mari vehebantur, populis imperio ſuo ſubjectis imperarunt, ſperantes ſe majorem pecuniae vim hac ratione confecturos. Nam impenſae quidem non quales ante, ſed longe majores fiebant,

quo etiam majus bellum exiſtebat: proventus vero amittebantur.

29. Thraces igitur, qui ad Demoſthenem non ſatis mature venerant, propter praeſentem inopiam pecuniae, cum ſumtus facere nollent, ſtatim dimiſerunt; eosque deducendi negotium Diitrephi dederunt, eique praeceperunt, ut in ipſa praetervectione (nam per Euripum transibant) hoſtibus etiam, ſi qua ratione poſſent, illorum opera uſus noceret. Hic autem ipſos ad Tanagram eduxit, et praedae nonnihil raptim egit, et ſub veſperum ex Chalcide Euboeae trajecit Euripum. Ipſosque in Boeotiam expoſitos adverſus Mycaleſſum duxit. Et illam quidem noctem ad Mercurii fanum clam *hoſtibus* ſubſidens transegit. (Hoc autem a Mycaleſſo diſtat ſexdecim circiter ſtadia.) Sed prima ſtatim luce urbem, quae ampla erat, invaſit. Quod autem homines cuſtodum praeſidio nudatos invaſiſſet, ac eos, qui non ſuſpicabantur ullos unquam tantum iter a mari in loca mediterranea

ὅσῳ κ̀ μείζων ὁ πόλεμος ἦν· αἱ δὲ πρόσοδοι ἀπώλλυντο.

κθ'. Τοὺς οὖν Θρᾷκας, τοὺς τῷ Δημοσθένει ὑστερήσαντας διὰ τὴν παροῦσαν ἀπορίαν τῶν χρημάτων, οὐ βουλόμενοι δαπανᾷν, εὐθὺς ἀπέπεμπον, προστάξαντες κομίσαι αὐτοὺς Διϊτρεφεῖ, κ̀ εἰπόντες, ἅμα ἐν τῷ παράπλῳ (ἐπορεύοντο γὰρ δι' Εὐρίπου) κ̀ τοὺς πολεμίους ἤν τι δύνωνται ἀπ' αὐτῶν βλάψαι. ὁ δὲ ἐς τὴν Τάναγραν ἀπεβίβασεν αὐτοὺς, κ̀ ἁρπαγήν τινα ἐποιήσατο διὰ τάχους, κ̀ ἐκ Χαλκίδος τῆς Εὐβοίας ἀφ' ἑσπέρας διέπλευσε τὸν Εὔριπον· καὶ ἀποβιβάσας ἐς τὴν Βοιωτίαν, ἦγεν αὐτοὺς ἐπὶ Μυκαλησσόν. κ̀ τὴν μὲν νύκτα λαθὼν, πρὸς τῷ Ἑρμαίῳ ηὐλίζετο· (ἀπέχει δὲ τῆς Μυκαλησσοῦ ἑκκαίδεκα μάλιστα σταδίους) ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ τῇ πόλει προσέκειτο οὔσῃ μεγάλῃ· καὶ αἱρεῖ, ἀφυλάκτοις τε ἐπιπεσὼν, καὶ ἀπροσδοκήτοις μὴ ἄν ποτε τινὰ σφίσιν ἀπὸ θαλάσσης

τοσοῦτον ἐπαναβάντα ἐπιθέσθαι, τοῦ τείχους ἀσθενοῦς ὄντος, ϗ ἔστιν ᾗ ϗ πεπτωκότος, τοῦ δὲ, βραχέος ᾠκοδομημένου, ϗ πυλῶν ἅμα διὰ τὴν ἄδειαν ἀνεῳγμένων. ἐσπεσόντες δὲ οἱ Θρᾷκες ἐς τὴν Μυκαλησσὸν, τάς τε οἰκίας καὶ τὰ ἱερὰ ἐπόρθουν, ϗ τοὺς ἀνθρώπους ἐφόνευον, φειδόμενοι οὔτε πρεσβυτέρας οὔτε νεωτέρας ἡλικίας, ἀλλὰ πάντας ἑξῆς, ὅτῳ ἐντύχοιεν, καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας κτείνοντες, ϗ προσέτι ϗ ὑποζύγια, ϗ ὅσα ἄλλα ἔμψυχα ἴδοιεν. τὸ γὰρ γένος τὸ τῶν Θρᾳκῶν, ὅμοια τοῖς μάλιστα τοῦ βαρβαρικοῦ, ἐν ᾧ ἂν θαρσήσῃ φονικώτατόν ἐστι. καὶ τότε ἄλλη τε ταραχὴ οὐκ ὀλίγη, καὶ ἰδέα πᾶσα καθειστήκει ὀλέθρου· καὶ ἐπιπεσόντες διδασκαλείῳ παίδων (ὅπερ μέγιστον ἦν αὐτόθι, ϗ ἄρτι ἔτυχον οἱ παῖδες ἐσεληλυθότες) κατέκοψαν πάντας· ϗ ξυμφορὰ τῇ πόλει πάσῃ οὐδεμιᾶς ἥσσων μᾶλλον ἑτέρας ἀδόκητός τε ἐπέπεσεν αὕτη ϗ δεινή.

facturos, ut se invaderent, cepit, quod murus infirmus esset, et partim quidem collapsus, partim vero humiliter aedificatus, simul etiam quod portae propter securitatem essent apertae. Thraces igitur in hanc urbem irruentes, et privatas et sacras aedes diripiebant, et ipsos homines interficiebant, nec senili aut juvenili aetati parcentes; sed omnes, ut in unum quemque deinceps incidebant, et pueros et foeminas interficientes; quinetiam praeterea jumenta, et quascunque alias animantes vidissent. Nam Thracum gens, (quales esse solent nationes maxime barbarae) quum fiduciam animo concepit, caedis est avidissima. Quare cum alia perturbatio non exigua tunc exstitit *in hac urbe*, tum etiam omne caedis genus. Nam irruentes etiam in puerorum ludum (qui maximus illic erat, et pueri *in eum* modo erant ingressi) omnes conciderunt. Atque ista clades universae civitati adeo gravis adeoque inopinata contigit, ut nullam aliam hac graviorem et magis inopinatam acceperit.

30. Thebani vero, cum *rem* cognovissent, ad opem *urbi* ferendam accurrerunt; et nacti Thraces jam non longe progressos, et praedam *ipsis* eripuerunt, ipsosque perterritos persequi coeperunt ad Euripum usque, et *ad* mare, ubi stabant ipsorum naves, quae *ipsos* vexerant. Et ipsorum plurimos, dum *naves* conscenderent, neque natandi peritos, interfecerunt: iis, qui in navibus erant, cum vidissent ea, quae in terra gerebantur, naves extra *Euripi* pontem *marisque fauces* in altum educentibus. Nam in alio receptu, *et in caetero itinere*, Thraces non incomposite adversus Thebanorum equitatum qui primus *ipsos* invaserat, procurrentes, et conglobati ordinem patrio more servantes, sese defendebant. Et pauci ipsorum propterea perierunt; quaedam vero *ipsorum* pars, quae in urbe, dum praedaretur, deprehensa fuerat, interiit. In summa vero, ex mille et trecentis Thracibus, omnino ducenti et quinquaginta ceciderunt. Ex Thebanis vero, et aliis, qui ad opem *My-*

λʹ. Οἱ δὲ Θηβαῖοι, αἰσθόμενοι ἐβοήθουν, καὶ καταλαβόντες προκεχωρηκότας ἤδη τοὺς Θρᾷκας οὐ πολὺ, τήν τε λείαν ἀφείλοντο, καὶ αὐτοὺς φοβήσαντες, καταδιώκουσιν ἐπὶ τὸν Εὔριπον καὶ τὴν θάλασσαν, οὗ αὐτοῖς τὰ πλοῖα, ἃ ἤγαγεν, ὥρμει. καὶ ἀποκτείνουσιν αὐτῶν ἐν τῇ ἐσβάσει τοὺς πλείστους, οὔτε ἐπισταμένους νεῖν. τῶν τε ἐν τοῖς πλοίοις, ὡς ἑώρων τὰ ἐν τῇ γῇ, ὁρμισάντων ἔξω τοῦ ζεύγματος τὰ πλοῖα. ἐπεὶ ἔν γε τῇ ἄλλῃ ἀναχωρήσει οὐκ ἀτόπως οἱ Θρᾷκες πρὸς τὸ τῶν Θηβαίων ἱππικὸν, ὅπερ πρῶτον προσέκειτο, προεκθέοντές τε καὶ ξυστρεφόμενοι ἐν ἐπιχωρίῳ τάξει, τὴν φυλακὴν ἐποιοῦντο· καὶ ὀλίγοι αὐτῶν ἐν τούτῳ διεφθάρησαν, μέρος δέ τι καὶ ἐν τῇ πόλει αὐτῇ δι᾽ ἁρπαγὴν ἐγκαταληφθὲν ἀπώλετο. οἱ δὲ ξύμπαντες τῶν Θρᾳκῶν, πεντήκοντα καὶ διακόσιοι, ἀπὸ τριακοσίων καὶ χιλίων, ἀπέθανον. διέφθειραν δὲ καὶ τῶν Θηβαίων καὶ τῶν ἄλλων οἳ ξυνεβοήθησαν, ἐς

εἴκοσι μάλιστα ἱππέας τε καὶ ὁπλίτας ὁμοῦ, καὶ Θηβαίων τῶν Βοιωταρχῶν, Σκιρφώνδαν· τῶν δὲ Μυκαλησσίων μέρος τι ἀπαναλώθη. τὰ μὲν κατὰ τὴν Μυκαλησσὸν, πάθει χρησαμένων οὐδενὸς, ὡς ἐπὶ μεγέθει, τῶν κατὰ τὸν πόλεμον ἧσσον ὀλοφύρασθαι ἀξίῳ, τοιαῦτα ξυνέβη.

λα΄. Ὁ δὲ Δημοσθένης, τότε ἀποπλέων ἐκ τῆς Κερκύρας μετὰ τὴν ἐκ τῆς Λακωνικῆς τείχισιν, ὁλκάδα ὁρμοῦσαν ἐν Φειᾷ τῇ Ηλείων λαβὼν, ἐν ᾗ οἱ Κορίνθιοι ὁπλῖται ἐς τὴν Σικελίαν ἔμελλον περαιοῦσθαι, αὐτὴν μὲν διαφθείρει, οἱ δ᾽ ἄνδρες ἀποφυγόντες, ὕστερον λαβόντες ἄλλην ἔπλεον. καὶ μετὰ τοῦτο ἀφικόμενος ὁ Δημοσθένης ἐς τὴν Ζάκυνθον καὶ Κεφαλληνίαν, ὁπλίτας τε παρέλαβε, καὶ ἐκ τῆς Ναυπάκτου τῶν Μεσσηνίων μετεπέμψατο· καὶ ἐς τὴν ἀντιπέρας ἤπειρον τῆς Ακαρνανίας διέβη, ἐς Αλυζίαν τε καὶ Ανακτόριον, ὃ αὐτοὶ εἶχον. ὄντι δ᾽ αὐτῷ περὶ ταῦτα ὁ Εὐρυμέ-

caleſſiis ferendam convenerant, viginti circiter, tam equites quam ſimul gravis armaturae milites, una cum Scirphonda Thebano, uno ex Boeotarchis, *a Thracibus* interfecti fuerunt. Mycaleſſiorum vero pars quaedam abſumta fuit. Atque hic quidem fuit exitus cladis, quam Mycaleſſus accepit, quae pro *civitatis* magnitudine non minus eſt deploranda, quam ulla alia, quae in hoc bello acciderit.

31. Demoſthenes vero tunc Corcyra ſolvens, poſt illam *Deceleae* munitionem in agro Laconico factam, onerariam navem Phiae Eleorum in ſtatione nactus, in qua gravis armaturae milites Corinthii in Siciliam erant trajecturi, ipſam quidem corrupit; viri vero elapſi, et mox aliam *onerariam navem* nacti, *eo* transmiſerunt. Poſtea vero Demoſthenes in Zacynthum profectus et *in* Cephalleniam, *illinc* gravis armaturae milites aſſumſit, et Meſſeniorum *partem* Naupacto accerſivit; atque in oppoſitam Acarnaniae continentem trajecit, et Alyziam, et Anactorium, quod ipſi *Athenienſes* tenebant. Ipſi autem circum haec loca agitanti

occurrit Eurymedon, ex Sicilia remeans, qui tunc hyeme cum pecunia, quam ad exercitum ferebat, *illuc* miſſus fuerat. Hic autem *ipſi* nuntiavit, cum alia, *quae viderat,* tum etiam ſe, dum jam eſſet in ipſo navigationis curſu, audiſſe Plemmyrium a Syracuſanis receptum. Praeterea Conon etiam, qui Naupacto praeerat, ad ipſos venit, nuntiaturus, quinque et viginti Corinthiorum naves, quae in ſtatione ſibi oppoſita ſtabant, neque finito bello *illinc* diſcedere, et proelium navale commiſſuras eſſe. Ipſos igitur naves *ad ſe* mittere jubebat, quod cum ſuis duodeviginti *navibus* impares eſſent ad confligendum cum hoſtium quinque et viginti *navibus*. Demoſthenes igitur et Eurymedon, decem velociſſimas ex iis, quas ipſi habebant, cum ipſo Conone miſerunt ad illas, quae Naupacti erant. Ipſi vero res ad illam expeditionem neceſſarias apparabant, copiasque cogebant. Atque Eurymedon quidem, in Corcyram profectus, juſſit ipſos *Corcyraeos* inſtruere quindecim naves: et gravis armaturae milites delegit. (nam a-

δων ἀπαντᾷ, ἐκ τῆς Σικελίας ἀποπλέων, ὃς τότε τοῦ χειμῶνος τὰ χρήματα ἄγων τῇ στρατιᾷ ἀπεπέμφθη. καὶ ἀγγέλλει τά τε ἄλλα, καὶ ὅτι πύθοιτο κατὰ πλοῦν ἤδη ὢν τὸ Πλημμύριον ὑπὸ τῶν Συρακουσίων ἑαλωκός. ἀφικνεῖται δὲ καὶ Κόνων παρ' αὐτοὺς, ὃς ἦρχε Ναυπάκτου, ἀγγέλλων ὅτι αἱ πέντε καὶ εἴκοσι νῆες τῶν Κορινθίων, αἱ σφίσιν ἀνθορμοῦσαι, οὔτε καταλύουσι τὸν πόλεμον, ναυμαχεῖν τε μέλλουσι. πέμπειν οὖν ἐκέλευεν αὐτοὺς ναῦς, ὡς οὐχ ἱκανοὺς ὄντας δυοῖν δεούσαις εἴκοσιν ταῖς ἑαυτῶν πρὸς τὰς ἐκείνων πέντε καὶ εἴκοσι ναυμαχεῖν. τῷ μὲν οὖν Κόνωνι δέκα ναῦς ὁ Δημοσθένης καὶ ὁ Εὐρυμέδων τὰς ἄριστα σφίσι πλεούσας ἀφ' ὧν αὐτοὶ εἶχον, ξυμπέμπουσι πρὸς τὰς ἐν τῇ Ναυπάκτῳ. αὐτοὶ δὲ τὰ περὶ τῆς στρατιᾶς τὸν ξύλλογον ἡτοιμάζοντο. Εὐρυμέδων μὲν, ἐς τὴν Κέρκυραν πλεύσας, καὶ πεντεκαίδεκά τε ναῦς πληροῦν κελεύσας αὐτοὺς, καὶ ὁπλίτας κα-

ταλεγόμενος. (ξυνῆρχε γὰρ ἤδη Δημοσθένει, ἀποτραπόμενος, ὥσπερ καὶ ἡρέθη) Δημοσθένης δ' ἐκ τῶν περὶ τὴν Ακαρνανίαν χωρίων σφενδονήτας τε καὶ ἀκοντιστὰς ξυναγείρων.

λβ'. Οἱ δ' ἐκ τῶν Συρακουσῶν τότε μετὰ τὴν τοῦ Πλημμυρίου ἅλωσιν πρέσβεις οἰχόμενοι ἐς τὰς πόλεις, ἐπειδὴ ἔπεισάν τε, καὶ ξυναγείραντες ἔμελλον ἄξειν τὸν στρατὸν, ὁ Νικίας προπυθόμενος, πέμπει ἐς τῶν Σικελῶν τοὺς τὴν δίοδον ἔχοντας, καὶ ξυμμάχους Κεντόριπάς τε καὶ Αλικυαίους, καὶ ἄλλους, ὅπως μὴ διαφήσωσι τοὺς πολεμίους, ἀλλὰ ξυστραφέντες κωλύσωσι διελθεῖν. ἄλλῃ γὰρ αὐτοὺς οὐδὲ πειράσειν. Ακραγαντῖνοι γὰρ οὐκ ἐδίδοσαν διὰ τῆς ἑαυτῶν ὁδόν. πορευομένων δ' ἤδη τῶν Σικελιωτῶν, οἱ Σικελοὶ, καθάπερ ἐδέοντο οἱ Αθηναῖοι, ἐνέδραν τινὰ τριχῇ ποιησάμενοι, ἀφυλάκτοις τε καὶ ἐξαίφνης ἐπιγενόμενοι, διέφθειραν ἐς ὀκτακοσίους μάλιστα, καὶ τοὺς

versus *ab instituto navigationis cursu, quo Athenas petebat,* jam una cum Demosthene imperium gerebat, quemadmodum etiam delectus fuerat.) Demosthenes vero ex locis, quae circum Acarnaniam erant, funditores et jaculatores coëgit.

32. At Syracusanorum legati qui tunc, post Plemmyrium expugnatum, *varias Siciliae* civitates adierunt, cum *quod petierant ipsis* persuasissent, et copias, quas collegerant, *Syracusas* essent ducturi, Nicias, qui *rem* praesenserat, mittit ad illos Siculos, qui transitum tenebant, et cum ad Centoripas et Alicycaeos, tum etiam ad alios socios, ne patiantur hostes per suos fines iter facere, sed *eos* congregati *transire* prohibeant. nec enim eos alia via transire conaturos. Agrigentini enim iter *ipsis* per suum agrum dare nolebant. Cum autem Sicilienses jam iter facerent, Siculi, quemadmodum ab Atheniensibus orabantur, tribus in locis insidias collocarunt, et illos incautos ac ex improviso aggressi, ad octingentos ferme occide-

runt, omnesque legatos, praeter unum Corinthium. Hic vero eos, qui elapsi sunt, ad mille et quingentos, Syracusas deduxit.

33. Per eosdem dies, Camarinaei etiam, qui opem ipsis *Syracusanis* ferebant, quingenti gravis armaturae milites, et trecenti jaculatores, totidemque sagittarii *Syracusas* pervenerunt. Miserunt et Geloi copias ad quinque naves explendas, et jaculatores quadringentos, et equites ducentos. Jam enim omnis propemodum Sicilia *arma consociavit*, praeter Agrigentinos (isti enim in partibus non erant,) *sed se medios gerebant*, caeteri vero, *etiam* qui hactenus *belli eventum* circumspicientes exspectassent, conspiratione facta, Syracusanis auxilium adversus Athenienses ferebant. Atque Syracusani quidem, quod cladem istam apud Siculos accepissent, ab Atheniensibus protinus invadendis abstinuerunt. Demosthenes vero et Eurymedon, cum exercitus ex Corcyra et ex continente collectus jam paratus esset, cum universis copiis Ionium *mare* trajecerunt, *et appulerunt* ad promontorium

πρέσβεις, πλὴν ἑνὸς τοῦ Κορινθίου, πάντας. οὗτος δὲ τοὺς διαφυγόντας ἐς πεντακοσίους καὶ χιλίους ἐκόμισεν ἐς τὰς Συρακούσας.

λγ'. Καὶ περὶ τὰς αὐτὰς ἡμέρας καὶ οἱ Καμαριναῖοι ἀφικνοῦνται, αὐτοῖς βοηθοῦντες, πεντακόσιοι μὲν ὁπλῖται, τριακόσιοι δὲ ἀκοντισταὶ, καὶ τοξόται τριακόσιοι. ἔπεμψαν δὲ καὶ οἱ Γελῶοι ναυτικόν τε ἐς πέντε ναῦς, καὶ ἀκοντιστὰς τετρακοσίους, καὶ ἱππέας διακοσίους. σχεδὸν γάρ τοι ἤδη πᾶσα ἡ Σικελία, πλὴν Ακραγαντίνων· οὗτοι δ' οὐδὲ μεθ' ἑτέρων ἦσαν· οἱ δ' ἄλλοι ἐπὶ τοὺς Αθηναίους, μετὰ τῶν Συρακουσίων, οἱ πρότερον περιορώμενοι, ξυστάντες ἐβοήθουν. καὶ οἱ μὲν Συρακούσιοι, ὡς αὐτοῖς τὸ ἐν τοῖς Σικελοῖς πάθος ἐγένετο, ἐπέσχοντο εὐθέως τοῖς Αθηναίοις ἐπιχειρεῖν. ὁ δὲ Δημοσθένης καὶ Εὐρυμέδων, ἑτοίμης ἤδη τῆς στρατιᾶς οὔσης ἐκ τῆς Κερκύρας καὶ ἀπὸ τῆς ἠπείρου, ἐπεραιώθησαν ξυμπάσῃ τῇ στρατιᾷ τὸν Ιόνιον ἐπ' ἄκραν Ιαπυγίαν. καὶ ὁρμηθέντες

αὐτόθεν, κατίσχουσιν ἐς τὰς Χοιράδας νήσους Ιαπυγίας· καὶ ἀκοντιστάς τε τινὰς τῶν Ιαπύγων πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν τοῦ Μεσσαπίου ἔθνους ἀναβιβάζονται ἐπὶ τὰς ναῦς· καὶ τῷ Αρτᾳ (ὅσπερ καὶ τοὺς ἀκοντιστὰς δυνάστης ὢν παρέσχετο αὐτοῖς) ἀνανεωσάμενοί τινα παλαιὰν φιλίαν, ἀφικνοῦνται ἐς Μεταπόντιον τῆς Ιταλίας· καὶ τοὺς Μεταποντίους πείσαντες κατὰ τὸ ξυμμαχικὸν ἀκοντιστάς τε ξυμπέμπειν τριακοσίους καὶ τριήρεις δύο, καὶ ἀναλαβόντες ταῦτα, παρέπλευσαν ἐς Θουρίαν, καὶ καταλαμβάνουσι νεωστὶ στάσει τοὺς τῶν Αθηναίων ἐναντίους ἐκπεπτωκότας. καὶ βουλόμενοι, τὴν στρατιὰν αὐτόθι πᾶσαν ἀθροίσαντες, εἴτις ὑπελέλειπτο ἐξελάσαι, καὶ τοὺς Θουρίους πεῖσαι σφίσι ξυστρατεύειν τε ὡς προθυμότατα, καὶ, ἐπειδήπερ ἐν τούτῳ τύχης εἰσὶ, τοὺς αὐτοὺς ἐχθροὺς καὶ φίλους τοῖς Αθηναίοις νομίζειν, περιέμενον ἐν τῇ Θουρίᾳ, καὶ ἔπρασσον ταῦτα.

Japygiam. Hinc vero profecti, ad Chocradas Japygiae insulas appulerunt. Et paucos quosdam Japygum jaculatores Messapiae gentis, numero centum et quinquaginta, in naves imposuerunt. Et renovata vetusta quadam amicitia cum Arta (qui illis in locis tum imperitans jaculatores etiam istos ipsis praebuerat) ad Metapontium Italiae *urbem* appulerunt. Cum autem Metapontinos induxissent ad secum mittendos ex societatis jure trecentos jaculatores, et duas triremes; his in naves receptis, in agrum Thurium praetervecti sunt: ibique deprehenderunt Atheniensium adversarios per seditionem nuper ejectos. Quoniam autem volebant, omnibus copiis in unum ibi contractis, recognoscere, si quis relictus esset; simul etiam Thuriis persuadere, ut quam alacerrime ad eandem militiam secum proficiscerentur, et (quando eo fortunae venissent) eosdem pro hostibus et pro amicis haberent, quos Athenienses *haberent:* in agro Thurio subsederunt, atque in harum rerum peragendarum curam incubuerunt.

34. Peloponnesii vero, et qui in quinque et viginti navibus erant, qui onerariarum navium in Siciliam tendentium causa habebant stationes oppositas navibus, quae erant Naupacti, sub idem tempus sese ad navale proelium praepararunt, aliisque navibus praeter eas, quas jam paratas habebant, instructis, adeo ut Atticis paulo pauciores essent, ad Erineum Achaiae *oppidum* in agro Rhypico situm appulsi stationem habuerunt. Quoniam autem locus ille, in quo stationem habebant, in lunae speciem curvatus erat, peditatus quidem tum Corinthiorum, tum sociorum indigenarum, qui ad opem *suis* ferendam convenerat, utrinque in eminentibus promontoriis dispositus erat: naves vero medium *spatium* tenebant obstructum. Polyanthes autem Corinthius hujus classis erat praefectus. Athenienses vero cum tribus et triginta navibus, quarum dux erat Diphilus, Naupacto solventes, adversus ipsos contenderunt. Et Corinthii principio quidem quievere. postea *vero*, cum ipsis signum datum fuisset, et tempus idoneum adesse visum esset, magno cum impetu Athe-

λδ'. Οἱ δὲ Πελοποννήσιοι, καὶ οἱ περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦτον οἱ ἐν ταῖς πέντε καὶ εἴκοσι ναυσὶν, οἵπερ τῶν ὁλκάδων ἕνεκα τῆς ἐς Σικελίαν κομιδῆς ἀνθώρμουν πρὸς τὰς ἐν Ναυπάκτῳ ναῦς, παρασκευασάμενοι ὡς ἐπὶ ναυμαχίᾳ, καὶ προσπληρώσαντες ἔτι ναῦς, ὥστε ὀλίγῳ ἐλάσσους εἶναι αὐτοῖς τῶν Αττικῶν νεῶν, ὁρμίζονται κατὰ Ερινεὸν τῆς Αχαΐας ἐν τῇ Ῥυπικῇ. καὶ αὐτοῖς τοῦ χωρίου μηνοειδοῦς ὄντος ἐφ' ᾧ ὥρμουν, ὁ μὲν πεζὸς ἑκατέρωθεν προσβεβοηθηκότες τῶν τε Κορινθίων καὶ τῶν αὐτόθεν ξυμμάχων ἐπὶ ταῖς ἀνεχούσαις ἄκραις παρετέτακτο, αἱ δὲ νῆες τὸ μεταξὺ εἶχον ἐμφράξασαι. ἦρχε δὲ τοῦ ναυτικοῦ Πολυάνθης Κορινθίος. οἱ δ' Αθηναῖοι ἐκ τῆς Ναυπάκτου τριάκοντα ναυσὶ καὶ τρισὶν (ἦρχε δὲ αὐτῶν Δίφιλος) ἐπέπλευσαν αὐτοῖς. καὶ οἱ Κορίνθιοι τὸ μὲν πρῶτον ἡσύχαζον, ἔπειτα ἀρθέντος αὐτοῖς τοῦ σημείου ἐπεὶ καιρὸς ἐδόκει εἶναι, ὥρμησαν

ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους, καὶ ἐναυμάχουν. καὶ χρόνον ἀντεῖχον πολὺν ἀλλήλοις. καὶ τῶν μὲν Κορινθίων τρεῖς νῆες διαφθείρονται, τῶν δὲ Ἀθηναίων κατέδυ μὲν οὐδεμία ἁπλῶς, ἑπτὰ δέ τινες ἄπλοι ἐγένοντο, ἀντίπρωροι ἐμβαλλόμεναι, καὶ ἀναῤῥαγεῖσαι τὰς παρεξειρεσίας ὑπὸ τῶν Κορινθίων νεῶν, ἐπ' αὐτὸ τοῦτο παχυτέρας τὰς ἐπωτίδας ἐχουσῶν. ναυμαχήσαντες δὲ ἀντίπαλα μὲν, καὶ ὡς αὐτοὺς ἑκατέρους ἀξιοῦν νικᾷν, ὅμως δὲ τῶν ναυαγίων κρατησάντων τῶν Ἀθηναίων, διά τε τὴν τοῦ ἀνέμου ἄπωσιν αὐτῶν ἐς τὸ πέλαγος, καὶ διὰ τὴν τῶν Κορινθίων οὐκέτι ἐπαγωγὴν, διεκρίθησαν ἀπ' ἀλλήλων· καὶ δίωξις οὐδεμία ἐγένετο, οὐδ' ἄνδρες οὐδετέρων ἑάλωσαν. οἱ μὲν γὰρ Κορίνθιοι καὶ Πελοποννήσιοι πρὸς τῇ γῇ ναυμαχοῦντες, ῥᾳδίως διεσώζοντο· τῶν δὲ Ἀθηναίων οὐδεμία κατέδυ ναῦς. ἀποπλευσάντων δὲ τῶν Ἀθηναίων ἐς τὴν Ναύπακτον, οἱ Κορίνθιοι εὐθὺς τροπαῖον ἔστη-

nienſibus obviam iverunt, et proelium committere coeperunt. Et diu alteri alteris reſtiterunt. Et Corinthiorum quidem tres naves profligatae fuerunt; Athenienſium vero nulla quidem prorſus eſt depreſſa, ſed ſeptem ad navigandum inutiles factae ſunt, quod Corinthiarum navium (quae hac ipſa de cauſa craſſiores epotides habebant) adverſis proris petitae, et in ipſis frontibus, ubi nullum eſt remigium, perruptae fuiſſent. Cum autem proelium commiſiſſent ancipiti quidem Marte, et ita ut utrique victoriam ſibi vendicarent, quia tamen Athenienſes naufragiis ſunt potiti, tum quod ventus in altum ea propuliſſet, tum etiam quod Corinthii ſuum agmen adverſus ipſos non amplius ducerent, alteri ab alteris diremti ſunt, et neutri alteros perſequuti, nec ulli ex alterutris capti. Nam Corinthii et Peloponneſii facile evadebant, quia proelium prope terram committebant: Athenienſium vero nulla navis eſt depreſſa. Cum autem Athenienſes ſe Naupactum recepiſſent, Corinthii ſtatim tropaeum ut victores erexe-

runt, quod plures hoſtilium navium ad navigationem inutiles reddidiſſent. Se enim propter hoc non ſuperatos putabant, propter quod neutri ſe victores fuiſſe *ducebant*. Nam et Corinthii ſe victores fuiſſe duxiſſent, niſi longe victi fuiſſent; et Athenienſes exiſtimaſſent, ſe victos fuiſſe, niſi longe viciſſent. Cum autem Peloponneſii disceſſiſſent, et peditatus dilapſus eſſet, Athenienſes et ipſi tanquam victores tropaeum in Achaia ſtatuerunt. Aberant autem ab Erineo, ubi Corinthii ſuae claſſis ſtationem habebant, viginti ferme ſtadiis. Atque pugna quidem navalis hunc exitum habuit.

35. Demoſthenes vero et Eurymedon, poſteaquam Thurii parati fuerunt ad illius militiae ſocietatem ſequendam, cum ſeptingentis gravis armaturae militibus et trecentis jaculatoribus, claſſem quidem in oram Crotoniatidem praetervehi juſſerunt: ipſi vero peditatum omnem, quem prius ad fluvium Sybarin recenſuerant, per agrum Thurium duxerunt. Cum autem ad Hyliam flu-

σαν ὡς νικῶντες, ὅτι πλείους τῶν ἐναντίων ναῦς ἄπλους ἐποίησαν. καὶ νομίσαντες δι' αὐτὸ οὐχ ἡσσᾶσθαι, δι' ὅπερ οὐδ' οἱ ἕτεροι νικᾶν. οἵ τε γὰρ Κορίνθιοι ἡγήσαντο κρατεῖν εἰ μὴ πολὺ ἐκρατοῦντο, οἵ τ' Ἀθηναῖοι ἐνόμιζον ἡσσᾶσθαι εἰ μὴ πολὺ ἐνίκων. ἀποπλευσάντων δὲ τῶν Πελοποννησίων, καὶ τοῦ πεζοῦ διαλυθέντος, οἱ Ἀθηναῖοι ἔστησαν τροπαῖον, καὶ αὐτοὶ ἐν τῇ Ἀχαΐᾳ ὡς νικήσαντες ἀπεῖχον τοῦ Ερινεοῦ, ἐν ᾧ οἱ Κορίνθιοι ὥρμουν ὡς εἴκοσι σταδίους. καὶ ἡ μὲν ναυμαχία οὕτως ἐτελεύτα.

λέ. Ὁ δὲ Δημοσθένης καὶ ὁ Εὐρυμέδων, ἐπειδὴ ξυστρατεύειν αὐτοῖς οἱ Θούριοι παρεσκευάσθησαν ἑπτακοσίοις μὲν ὁπλίταις, τριακοσίοις δὲ ἀκοντισταῖς, τὰς μὲν ναῦς παραπλεῖν ἐκέλευον ἐπὶ τῆς Κροτωνιάτιδος, αὐτοὶ δὲ τὸν πεζὸν πάντα ἐξετάσαντες πρῶτον ἐπὶ τῷ Συβάρει ποταμῷ, ἦγον διὰ τῆς Θουριάτιδος γῆς. καὶ ὡς ἐγένοντο ἐπὶ τῷ Ὑλίᾳ ποταμῷ, καὶ αὐτοῖς

οἱ Κροτωνιᾶται προσπέμψαντες εἶπον οὐκ ἂν σφίσι βουλομένοις εἶναι διὰ τῆς γῆς σφῶν τὸν στρατὸν ἰέναι, ἐπικαταβάντες ηὐλίσαντο πρὸς τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ Ὑλίου, καὶ αἱ νῆες αὐτοῖς ἐς τὸ αὐτὸ ἀπήντων. τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἀναβιβασάμενοι παρέπλεον, ἴσχοντες πρὸς ταῖς πόλεσι πλὴν Λοκρῶν, ἕως ἀφίκοντο ἐπὶ Πέτραν τῆς Ῥηγίνης.

λϛ'. Οἱ δὲ Συρακούσιοι, ἐν τούτῳ πυνθανόμενοι αὐτῶν τὸν ἐπίπλουν, αὖθις ταῖς ναυσὶν ἀποπειράσαι ἐβούλοντο, καὶ τῇ ἄλλῃ παρασκευῇ τοῦ πεζοῦ, ἥνπερ ἐπ' αὐτὸ τοῦτο, πρὶν ἐλθεῖν αὐτοὺς φθάσαι βουλόμενοι, ξυνέλεγον. παρεσκευάσαντο δὲ τό, τε ἄλλο ναυτικὸν, ὡς ἐκ τῆς προτέρας ναυμαχίας τι πλέον ἐνεῖδον σχήσοντες· καὶ τὰς πρῴρας τῶν νεῶν ξυντεμόντες ἐς ἔλασσον, στεριφωτέρας ἐποίησαν, καὶ τὰς ἐπωτίδας ἐπέθεσαν ταῖς πρῴραις παχείας· καὶ ἀντηρίδας ἀπ' αὐτῶν ὑπέτειναν πρὸς

vium perveniſſent, et Crotoniatae ad eos praemiſiſſent, qui dicerent praeter voluntatem ſuam fore, ſi per ſuum agrum *ipſorum* exercitus transiret, ad mare deſcenderunt, et ad Hyliae oſtium pernoctarunt; et naves in eundem locum ipſis obviam venerunt. Poſtridie vero, cum *eas* conſcendiſſent, abierunt, et ad *ſingulas* urbes, praeter Locros, appellebant, donec Petram Rhegini agri pervenerunt.

36. Syracuſani vero, cum interea ipſos contra ſe venire audiſſent, *belli fortunam* claſſe rurſus experiri voluerunt, alioque peditatus apparatu, quem hac ipſa de cauſa collegerant, quod ipſos *ac novorum hoſtium adventum* praevertere cuperent. Inſtruxerunt autem claſſem cum aliis rebus, ita ut ex ſuperiore navali proelio didicerant, ſe fore meliore conditione, tum etiam navium proris, quas decurtarunt, et firmiores reddiderunt, et proris impoſuerunt craſſas epotidas; iisque tigna junxerunt et intus et extra, quae usque ad navium latera ſpatio fere

ſenum cubitorum pertingerent. quo modo et Corinthii adverſus naves, quae ad Naupactum erant, ſuarum proris inſtructis pugnaverant. Exiſtimarunt enim Syracuſani adverſus Athenienſium naves, (quae non eodem modo adverſus *Syracuſanorum naves* erant aedificatae, ſed a prora *partes* graciles *ac infirmas* habebant, quod ipſi *Athenienſes* non tam adverſis proris quam navibus circumactis *in hoſtilium navium latera* incurrere conſueviſſent) ſe non deteriore conditione futuros, et navale proelium, quod in magno portu a multis navibus in non magno *ſpatio* committendum erat, pro ſe facturum *putarunt.* Se enim, adverſis proris incurrentes, diffracturos ipſorum proras; quod ſolidis craſſisque roſtris in vacuas ac infirmas incurſuri eſſent: Athenienſibus vero in anguſto loci ſpatio nullam fore facultatem aut naves circumagendi, aut eas *per mediam ſuam claſſem* educendi; qua artificii parte potiſſimum *illi* confidebant. Se enim pro viribus hoc quidem praeſtituros, ut nullam *ipſis* per mediam ſuam claſſem transcundi facul-

τοὺς τοίχους, ὡς ἐπὶ ἓξ πήχεις ἐντός τε καὶ ἔξωθεν. ᾧπερ τρόπῳ καὶ οἱ Κορίνθιοι πρὸς τὰς ἐν τῇ Ναυπάκτῳ ναῦς ἐπεσκευασμένοι πρώραθεν ἐναυμάχουν. ἐνόμισαν γὰρ οἱ Συρακούσιοι, πρὸς τὰς τῶν Ἀθηναίων ναῦς, οὐχ ὁμοίως ἀντινεναυπηγημένας, ἀλλὰ λεπτὰ τὰ πρώραθεν ἐχούσας, διὰ τὸ μὴ ἀντιπρώροις μᾶλλον αὐτοὺς ἢ ἐκ περίπλου ταῖς ἐμβολαῖς χρῆσθαι, οὐκ ἔλασσον σχήσειν, καὶ τὴν ἐν τῷ μεγάλῳ λιμένι ναυμαχίαν οὐκ ἐν πολλῷ πολλαῖς ναυσὶν οὖσαν, πρὸς ἑαυτῶν ἔσεσθαι. ἀντίπρωροι γὰρ ταῖς ἐμβολαῖς χρώμενοι, ἀναῤῥήξειν τὰ πρώραθεν αὐτοῖς, στερίφοις καὶ παχέσι πρὸς κοῖλα καὶ ἀσθενῆ παρέχοντες τοῖς ἐμβόλοις· τοῖς δὲ Ἀθηναίοις οὐκ ἔσεσθαι σφῶν ἐν στενοχωρίᾳ οὔτε περίπλουν, οὔτε διέκπλουν, ᾧπερ τῆς τέχνης μάλιστα ἐπίστευον. αὐτοὶ γὰρ κατὰ τὸ δυνατὸν, τὸ μὲν, οὐ δώσειν διεκπλεῖν, τὸ δὲ, τὴν στενοχωρίαν κωλύ-

σειν ὥστε μὴ περιπλεῖν· τῇ τε πρότερον ἀμαθίᾳ τῶν κυβερνητῶν δοκούσῃ εἶναι τὸ ἀντίπρωρον ξυγκροῦσαι, μάλιστ᾽ ἂν αὐτοὶ χρήσασθαι. πλεῖστον γὰρ ἐν αὐτῷ σχήσειν. τὴν γὰρ ἀνάκρουσιν οὐκ ἔσεσθαι τοῖς Ἀθηναίοις ἐξωθουμένοις ἄλλοσε ἢ ἐς τὴν γῆν, καὶ ταύτην δι᾽ ὀλίγου καὶ ἐς ὀλίγον κατ᾽ αὐτὸ τὸ στρατόπεδον τὸ ἑαυτῶν. τοῦ δ᾽ ἄλλου λιμένος αὐτοὶ κρατήσειν, καὶ ξυμφερομένους αὐτοὺς, ἤν πη βιάζωνται, ἐς ὀλίγον τε καὶ πάντας ἐς τὸ αὐτὸ προσπίπτοντας ἀλλήλοις ταράξεσθαι· (ὅπερ καὶ ἔβλαπτε μάλιστα τοὺς Ἀθηναίους ἐν ἁπάσαις ταῖς ναυμαχίαις, οὐκ οὔσης αὐτοῖς ἐς πάντα τὸν λιμένα τῆς ἀνακρούσεως, ὥσπερ τοῖς Συρακουσίοις) περιπλεῦσαι δὲ ἐς τὴν εὐρυχωρίαν, σφῶν ἐχόντων τὴν ἐπίπλευσιν ἀπὸ τοῦ πελάγους τε καὶ ἀνάκρουσιν, οὐ δυνήσεσθαι αὐτοὺς, ἄλλως τε καὶ τοῦ Πλημμυρίου πολεμίου τε αὐτοῖς ἐσομένου, καὶ τοῦ στόματος οὐ μεγάλου ὄντος τοῦ λιμένος.

tatem darent; illud vero ab ipſis loci anguſtiis praeſtitum iri, quae *illos* impediturae eſſent, ne naves circumagerent. Quod autem prius gubernatorum inſcitia contigiſſe videbatur, ut adverſis proris *cum hoſtibus* confligerent, ſe hoc ipſo potiſſimum *proelii genere ſperabant* uſuros. Hac enim ratione ſe optima conditione futuros. Athenienſibus enim, ſi *a ſe* propellerentur, non fore facultatem retrocedendi alio, niſi ad terram, idque exiguo *intervallo a mari diſtantem,* et in exiguum *loci ſpatium,* juxta ſua ipſorum caſtra. Caetero vero portu ſe potituros; at ipſos *hoſtes,* ſicubi premerentur, confertos in exiguo *ſpatio,* et omnes in eodem *loco* inter ſe concurrentes perturbatum iri. (quod etiam in omnibus navalibus proeliis plurimum Athenienſibus obfuit, quod ipſis in omnem portum, ut Syracuſanis, retrocedere non liceret) in apertum vero mare navibus circumactis evadendi facultatem non habituros, quod penes ſe futurum eſſet et a pelago incurſionem *in illos* facere, et *illinc ad ſua caſtra* retrocedere, praecipue vero quod Plemmyrium ipſis infeſtum eſſet futurum, ſimul etiam quod portus oſtium non amplum eſſet,

37. Syracuſani *igitur*, cum haec excogitaſſent et priſtinae diſciplinae atque virtuti addidiſſent, ſimul etiam cum ex ſuperiore navali proelio majorem fidentiam jam concepiſſent, pedeſtribus ſimul et maritimis copiis *Athenienſes* aggrediuntur. Et peditatum quidem Gylippus paulo prius ex urbe eductum admovit ad Athenienſium munitionem, ab ea parte, qua proſpectus in urbem patebat. Item qui apud Olympieum erant, cum gravis armaturae milites, qui illic erant, tum equites, et levis armatura Syracuſanorum, ad munitionem ab altera parte acceſſerunt. Poſtea vero confeſtim Syracuſanorum ſociorumque naves prodierunt. Athenienſes vero primum quidem eos cum ſolo peditatu *belli fortunam* tentaturos exiſtimabant, ſed cum naves quoque ſubito contra *ſe* venientes vidiſſent, perturbati ſunt. Et alii quidem ſupra munitiones et ante munitiones acie inſtructa ſteterunt adverſus *hoſtes* accedentes; Athenienſium vero alii adverſus equites et jaculatores multos, qui partim ex Olympico, partim ex aliis locis extra ſitis, magna celeritate veniebant,

λζ΄. Τοιαῦτα οἱ Συρακούσιοι πρὸς τὴν ἑαυτῶν ἐπιστήμην τε καὶ δύναμιν ἐπινοήσαντες, καὶ ἅμα τεθαῤῥηκότες μᾶλλον ἤδη ἀπὸ τῆς προτέρας ναυμαχίας, ἐπεχείρουν τῷ τε πεζῷ ἅμα καὶ ταῖς ναυσί· καὶ τὸν μὲν πεζὸν ὀλίγῳ πρότερον τὸν ἐκ τῆς πόλεως Γύλιππος προεξαγαγὼν, προσῆγε τῷ τείχει τῶν Ἀθηναίων, καθόσον πρὸς τὴν πόλιν αὐτοῦ ἑώρα. καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ Ὀλυμπιείου, οἵ τε ὁπλῖται ὅσοι ἐκεῖ ἦσαν καὶ οἱ ἱππεῖς καὶ ἡ γυμνητία τῶν Συρακουσίων ἐκ τοῦ ἐπὶ θάτερα προσῄει τῷ τείχει· αἱ δὲ νῆες μετὰ τοῦτο εὐθὺς ἐξέπλεον τῶν Συρακουσίων καὶ τῶν ξυμμάχων. καὶ οἱ Ἀθηναῖοι τὸ πρῶτον αὐτοὺς οἰόμενοι τῷ πεζῷ μόνῳ πειράσειν, ὁρῶντες δὲ καὶ τὰς ναῦς ἐπιφερομένας ἄφνω, ἐθορυβοῦντο· καὶ οἱ μὲν, ἐπὶ τὰ τείχη καὶ πρὸ τῶν τειχῶν τοῖς προσιοῦσιν ἀντιπαρετάσσοντο, οἱ δὲ [Ἀθηναῖοι] πρὸς τοὺς ἀπὸ τοῦ Ὀλυμπιείου καὶ τῶν ἔξω κατὰ τάχος χωροῦντας ἱππέας τε

πολλοὺς καὶ ἀκοντίσας ἀντεπεξῄεσαν. ἄλλοι δὲ τὰς ναῦς ἐπλήρουν, καὶ ἅμα ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν παρεβοήθουν, καὶ ἐπειδὴ πλήρεις ἦσαν, ἀντανῆγον πέντε καὶ ἑβδομήκοντα ναῦς· καὶ αἱ τῶν Συρακουσίων ἦσαν ὀγδοήκοντα μάλιστα.

λη'. Τῆς δὲ ἡμέρας ἐπιπολὺ προσπλέοντες, καὶ ἀνακρουόμενοι, καὶ πειράσαντες ἀλλήλων, καὶ οὐδέτεροι δυνάμενοι ἄξιόν τι λόγου παραλαβεῖν, εἰ μὴ ναῦν μίαν ἢ δύο τῶν Ἀθηναίων οἱ Συρακούσιοι καταδύσαντες, διεκρίθησαν· καὶ ὁ πεζὸς ἅμα ἀπὸ τῶν τειχῶν ἀπῆλθε. τῇ δ' ὑστεραίᾳ οἱ μὲν Συρακούσιοι ἡσύχαζον, οὐδὲν δηλοῦντες ὁποῖόν τι τὸ μέλλον ποιήσουσιν· ὁ δὲ Νικίας, ἰδὼν ἀντίπαλα τὰ τῆς ναυμαχίας γενόμενα, καὶ ἐλπίζων αὐτοὺς αὖθις ἐπιχειρήσειν, τούς τε τριηράρχους ἠνάγκαζεν ἐπισκευάζειν τὰς ναῦς, εἴτις τι ἐπεπονήκει, καὶ ὁλκάδας προώρμισε πρὸ τοῦ σφετέρου σταυρώματος, ὃ αὐτοῖς πρὸ τῶν νεῶν ἀντὶ

prodierunt. alii vero naves instruebant, simul etiam ad littus ad opem *suis* ferendam accurrebant: postquam autem instructae fuerunt, quinque et septuaginta naves adversus *hostem in altum* duxerunt. Syracusanorum vero erant circiter octoginta.

38. Cum autem ad multum illius diei spatium mutuis incursionibus se petiissent, et *alteri ab alteris vicissim* repulsi fuissent, et utrique *virtutis hostilis* periculum mutuo fecissent, et neutri aliquo *praeclaro ac* memoratu digno facinore edito victoriam ab adversariis reportare potuissent, (nisi quod Syracusani unam aut alteram Atheniensium navem depresserunt) *alteri ab alteris* diremti discesserunt: et peditatus simul a munitionibus *Atheniensium* abscessit. Postridie vero Syracusani quidem quieverunt, nullo modo declarantes quidnam essent acturi. Nicias vero, cernens navale proelium aequo Marte commissum fuisse, et existimans, ipsos rursus *idem* tentaturos, trierarchos ad naves reficiendas adegit, si qua damnum aliquod accepisset, et onerarias produxit ante suum vallum, quod ab ipsis, portus conclusi

loco, ante naves in mari defixum fuerat. onerarias vero binum circiter jugerum ſpatio *inter ſe* diſtantes collocavit, ut ſi qua navis premeretur, *ipſi* tutum eſſet refugium, et rurſus per otium exeundi facultas. Athenienſes autem in his apparandis totum diem ad noctem usque conſumſerunt.

39. Poſtridie vero Syracuſani maturius quidem, *quam ante*, ſed tamen eodem et peditatus et claſſis conatu cum Athenienſibus conflixerunt. Cum autem adverſis navibus ſe mutuo oppugnare coepiſſent, eodem modo rurſus magnam illius diei partem ſe invicem laceſſendo conſumſerunt; donec Ariſton Pyrrhichi *filius*, Corinthius, omnium, qui cum Syracuſanis erant, optimus gubernator, ſuaſit *primis* ſuae claſſis ducibus, ut mitterent ad eos, quibus in urbe *hujus rei* cura commiſſa erat, qui imperarent *ipſis*, ut quam celerrime rerum venalium forum mutarent, et *res venales* ad mare transferrent, et quaecunque quis eſculenta haberet, omnes cogerent *haec* illuc ferre et

λιμένος κλειστοῦ ἐν τῇ θαλάσσῃ ἐπεπήγει. διαλιπούσας δὲ τὰς ὁλκάδας ὅσον δύο πλέθρα ἀπ' ἀλλήλων κατέστησεν, ὅπως εἴτις βιάζοιτο ναῦς, εἴη καταφευξις ἀσφαλὴς, καὶ πάλιν καθ' ἡσυχίαν ἔκπλους. παρασκευαζόμενοι δὲ ταῦτα ὅλην ἡμέραν διετέλεσαν οἱ Αθηναῖοι μέχρι νυκτός.

λθ'. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ οἱ Συρακούσιοι τῆς μὲν ὥρας πρωϊαίτερον, τῇ δὲ ἐπιχειρήσει τῇ αὐτῇ τοῦ τε πεζοῦ καὶ τοῦ ναυτικοῦ προσέμισγον τοῖς Αθηναίοις. καὶ ἀντικαταστάντες ταῖς ναυσὶ, τὸν αὐτὸν τρόπον αὖθις ἐπιπολὺ διῆγον τῆς ἡμέρας πειρώμενοι ἀλλήλων. πρὶν δὴ Αρίστων ὁ Πυῤῥίχου Κορίνθιος, ἄριστος ὢν κυβερνήτης τῶν μετὰ Συρακουσίων, πείθει τοὺς σφετέρους τοῦ ναυτικοῦ ἄρχοντας πέμψαντας ὡς τοὺς ἐν τῇ πόλει ἐπιμελομένους, κελεύειν ὅτιτάχιστα τὴν ἀγορὰν τῶν πωλουμένων παρὰ τὴν θάλασσαν μεταστῆσαι κομίσαντας, καὶ ὅσα τις ἔχει ἐδώδιμα, πάντας ἐκεῖσε φέροντας

ἀναγκάσαι πωλεῖν, ὅπως αὐτοὺς ἐκβιβάσαντες τοὺς ναύτας, εὐθὺς παρὰ τὰς ναῦς ἀριστοποιήσωνται, καὶ δι' ὀλίγου αὖθις καὶ αὐθήμερον ἀπροσδοκήτοις τοῖς Ἀθηναίοις ἐπιχειρῶσι.

Tenedii vero et Aenii vectigales erant. Isti vero Aeolenses cum Boeotis Aeolensibus, et suarum coloniarum conditoribus, qui cum Syracusanis se conjunxerant, necessitate coacti pugnarunt. Plataeenses vero inter Boeotos soli cum Boeotis palam, idque jure inimicitiarum *conflixerunt*. Rhodii vero et Cytherii, Dorienses utrique: sed tamen Cytherii Lacedaemoniorum coloni, cum Atheniensibus contra Lacedaemonios, qui cum Gylippo erant, arma ferebant; Rhodii vero, qui ab Argivis erant oriundi, Syracusanis, qui Dorienses erant, quinetiam Gelois suis colonis, qui cum Syracusanis militabant, bellum facere cogebantur. Ex insularum vero incolis, qui circa Peloponnesum erant, Cephallenses et Zacynthii, liberi illi quidem, quia tamen insulas incolebant, et *ideo* ab Atheniensibus, qui maris imperium *tunc* obtinebant, magis coërcebantur, *quam qui sedes in locis mediterraneis habebant, illos inviti* sequebantur. At Corcyraei non solum Dorienses, sed etiam Corinthii, palam adversus Corinthios atque Syracusanos, quamvis illorum quidem essent coloni, horum vero cognati, tamen necessitate quidem,

φόρῳ ὑπήκοοι, Τενέδιοι δὲ καὶ Αἴνιοι, ὑποτελεῖς. ἗τοι δὲ Αἰολεῖς Αἰολεῦσι τοῖς κτίσασι Βοιωτοῖς μετὰ Συρακȣσίων κατ' ἀνάγκην ἐμάχοντο. Πλαταιεῖς δὲ καταντικρὺ Βοιωτοὶ Βοιωτοῖς μόνοι εἰκότως κατ' ἔχθος. Ῥόδιοι δὲ καὶ Κυθήριοι, Δωριεῖς ἀμφότεροι. οἱ μὲν Λακεδαιμονίων ἄποικοι Κυθήριοι, ἐπὶ Λακεδαιμονίȣς τοὺς ἅμα Γυλίππῳ μετὰ Ἀθηναίων ὅπλα ἔφερον· Ῥόδιοι δὲ, Ἀργεῖοι γένος, Συρακουσίοις μὲν Δωριεῦσι, Γελώοις δὲ καὶ ἀποίκοις ἑαυτῶν ȣ῏σι μετὰ Συρακȣσίων ςρατευομένοις ἠναγκάζοντο πολεμεῖν. τῶν τε περὶ Πελοπόννησον νησιωτῶν Κεφαλλῆνες μὲν καὶ Ζακύνθιοι, αὐτόνομοι μὲν, κατὰ δὲ τὸ νησιωτικὸν μᾶλλον κατειργόμενοι, ὅτι θαλάσσης ἐκράτȣν Ἀθηναῖοι, ξυνείποντο. Κερκυραῖοι δὲ οὐ μόνον Δωριεῖς, ἀλλὰ καὶ Κορίνθιοι σαφῶς ἐπὶ Κορινθίȣς τε καὶ Συρακȣσίȣς, τῶν μὲν ἄποικοι ὄντες, τῶν

δὲ ξυγγενεῖς, ἀνάγκη μὲν, ἐκ τοῦ εὐπρεποῦς, βουλήσει δὲ, κατὰ ἔχθος τὸ Κορινθίων, οὐχ ἧσσον εἵποντο. καὶ οἱ Μεσσήνιοι νῦν καλούμενοι ἐν Ναυπάκτῳ, καὶ ἐκ Πύλου τότε ὑπ' Ἀθηναίων ἐχομένης, ἐς τὸν πόλεμον παρελήφθησαν. καὶ ἔτι Μεγαρέων φυγάδες οὐ πολλοὶ, Μεγαρεῦσι Σελινουντίοις οὖσι κατὰ ξυμφορὰν ἐμάχοντο. τῶν δὲ ἄλλων ἑκούσιος μᾶλλον ἡ στρατεία ἐγίγνετο ἤδη. Ἀργεῖοι μὲν οὐ τῆς ξυμμαχίας ἕνεκα μᾶλλον, ἢ τῆς Λακεδαιμονίων τε ἔχθρας, καὶ τῆς παραυτίκα ἕκαστοι ἰδίας, Δωριεῖς ἐπὶ Δωριέας μετὰ Ἀθηναίων Ἰώνων ἠκολούθουν. Μαντινεῖς δὲ καὶ ἄλλοι Ἀρκάδων μισθοφόροι, ἐπὶ τοὺς ἀεὶ πολεμίους σφίσιν ἀποδεικνυμένους ἰέναι εἰωθότες, καὶ τότε τοὺς μετὰ τῶν Κορινθίων ἐλθόντας Ἀρκάδας, οὐδὲν ἧσσον διὰ κέρδος ἡγούμενοι πολεμίους· Κρῆτες δὲ καὶ Αἰτωλοὶ, μισθῷ καὶ οὗτοι πεισθέντες. ξυνέβη δὲ τοῖς Κρησὶ τὴν Γέλαν

quoad fpeciofam honeftatis caufam, *quam praetendebant, quod Leontinos in fuas fedes reftituere vellent,* fua vero fponte, propter odium, quo Corinthios profequebantur, *Athenienfes* non minus fequebantur, *quam alii.* Meffenii quoque, qui nunc fic appellantur, et qui Naupactum incolunt, et *alii* ex Pylo, quae tunc ab Athenienfibus tenebatur, ad hoc bellum affumti fuerunt. Item Megarenfium exfules non multi, cum Selinuntiis, qui Megarenfes erant, propter *exfilii* calamitatem pugnarunt. Jam vero caeteri fua fponte potius, *quam neceffitate coacti,* hanc expeditionem funt fequuti. Argivi quidem non magis focietatis gratia, quam propter fuum in Lacedaemonios odium, et finguli propter privatum ac praefens *in aliquos odium,* Dorienfes adverfus Dorienfes, fequuti funt Athenienfes, qui funt Iones. Mantinei etiam et caeteri Arcades mercede conducti, qui femper *alias* hoftibus, quicunque ipfis propofiti fuiffent, bellum inferre confueverant, tunc illos etiam Arcades, qui cum Corinthiis *in Siciliam* iverant, nihilo minus, *quam alios quoslibet,* lucri gratia hoftium loco habuerunt. Cretenfes etiam ac Aetoli, mercede et ipfi adducti,

cum Athenienſibus ad hoc bellum ſunt profecti. Accidit autem, ut Cretenſes, qui cum Rhodiis Gelam condiderant, non a *ſuis* colonis ſtarent; ſed contra *ſuos* colonos, ultro, mercede allecti militarent. Acarnanum quoque nonnulli, cum lucri cauſa, tum vero multo magis propter amorem, quo Demoſthenem, et propter benevolentiam, qua Athenienſes (quorum ſocii erant) proſequebantur, *illis* auxilium tulerunt. Atque hi quidem intra ſinus Ionii fines habitabant. Ex Italicis vero populis, qui hujusmodi temporum anguſtiis et reipublicae ſeditione tunc intercepti fuerant, et Thurii et Metapontini eandem militiam ſunt ſequuti: ex Sicilienſibus vero, Naxii et Catanaei. Ex barbaris Egeſtaei, qui etiam bonam Sicilienſium partem, et *multos* illorum, qui extra Siciliam *habitabant*, ſecum adduxerunt: Hetruſcorum etiam nonnulli, propter inimicitias, quas cum Syracuſanis gerebant, et Japyges mercenarii. Atque tot quidem gentes cum Athenienſibus militarunt.

58. Viciſſim autem Syracuſanis opem tulerunt et Camarinaei, qui erant *illis* finitimi, et Geloi, qui poſt hos habitabant. Deinde, Agrigentinis quieſcentibus, Selinuntii,

Ῥοδίοις ξυγκτίσαντας, μὴ ξὺν τοῖς ἀποίκοις ἀλλ' ἐπὶ τοὺς ἀποίκους ἄκοντας μετὰ μισθοῦ ἐλθεῖν. καὶ Ἀκαρνάνων τινὲς ἅμα μὲν κέρδει, τὸ δὲ πλέον Δημοσθένους φιλίᾳ καὶ Ἀθηναίων εὐνοίᾳ, ξύμμαχοι ὄντες, ἐπεκούρησαν. καὶ οἵδε μὲν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ ὁριζόμενοι. Ἰταλιωτῶν δὲ, Θούριοι καὶ Μεταπόντιοι ἐν τοιαύταις ἀνάγκαις τότε στασιωτικῶν καιρῶν κατειλημμένων ξυνεστράτευον, καὶ Σικελιωτῶν, Νάξιοι καὶ Καταναῖοι. βαρβάρων δὲ Ἐγεσταῖοι· οἵπερ ἐπηγάγοντο καὶ Σικελιωτῶν τὸ πλέον, καὶ τῶν ἔξω Σικελίας. Τυρσηνῶν τέ τινες, κατὰ διαφορὰν Συρακουσίων, καὶ Ἰάπυγες μισθοφόροι. τοσάδε μὲν μετὰ Ἀθηναίων ἔθνη ἐστράτευον.

νή. Συρακουσίοις δὲ ἀντεβοήθησαν καὶ Καμαριναῖοι μὲν, ὅμοροι ὄντες, καὶ Γελῷοι οἰκοῦντες μετ' αὐτούς. ἔπειτα, Ἀκραγαντίνων ἡσυχαζόντων, ἐν τῷ ἐπέκεινα ἱδρυμένοι Σελινούντιοι. καὶ οἵδε μὲν τῆς Σικε-

λίας τὸ πρὸς Λιβύην μέρος τετραμμένον νεμόμενοι. Ιμεραῖοι δὲ ἀπὸ τῦ πρὸς τὸν Τυρσηνικὸν πόντον μορίυ, ἐν ᾧ καὶ μόνοι Ἕλληνες οἰκῦσιν. ὗτοι δὲ κὴ μόνοι ἐξ αὐτῦ ἐβοήθησαν. καὶ Ἑλληνικὰ μὲν ἔθνη τῶν ἐν Σικελίᾳ τοσάδε, Δωριεῖς τε κὴ οἱ αὐτόνομοι πάντες, ξυνεμάχυν· βαρβάρων δὲ Σικελοὶ μόνοι, ὅσοι μὴ ἀφέςασαν πρὸς τὺς Αθηναίυς. τῶν δ' ἔξω Σικελίας Ἑλλήνων, Λακεδαιμόνιοι μὲν ἡγεμόνα Σπαρτιάτην παρεχόμενοι, Νεοδαμώδεις δὲ τὺς ἄλλυς, κὴ Εἵλωτας. δύναται δὲ τὸ Νεοδαμῶδες ἐλεύθερον ἤδη εἶναι. Κορίνθιοι δὲ κὴ ναυσὶ κὴ πεζῷ μόνοι παραγενόμενοι, κὴ Λευκάδιοι, κὴ Αμπρακιῶται, κατὰ τὸ ξυγγενές. ἐκ δὲ Αρκαδίας, μισθοφόροι ὑπὸ Κορινθίων ἀποςαλέντες, καὶ Σικυώνιοι ἀναγκαςοὶ ςρατεύοντες· καὶ τῶν ἔξω Πελοποννήσυ, Βοιωτοί. πρὸς δὲ τὺς ἐπελθόντας τύτυς οἱ Σικελιῶται αὐτοὶ πλῆθος πλέον κατὰ πάντα παρέχοντο, ἅτε μεγάλας πόλεις

qui ſedes in illis partibus habent. Atque hi quidem incolebant eam Siciliae partem, quae Africam verſus ſpectat. Himeraei vero ab ea parte, quae mare Tyrrhenum ſpectat, in qua etiam ſoli ex *omnibus* Graecis habitabant. iſti etiam, inquam, ſoli illinc *Syracuſanis* auxilio venerunt. Atque tot quidem nominis Graeci gentes, quae in Sicilia ſedes habebant, et Dorienſes et omnes ſui juris, in hoc bello *Syracuſanos* adjuverunt: ex barbaris vero ſoli Siculi, quotquot defectione *a Syracuſanis* facta ad Athenienſes non transierant, *opem ipſis tulerunt.* Ex Graecis vero, qui ſunt extra Siciliam, Lacedaemonii quidem *eos adjuverunt, ipſis* ducem Spartanum praebentes, militemque ex Neodamodibus et Helotibus. Iſti autem Neodamodes jam liberi eſſe poſſunt. Corinthii vero et claſſe et peditatu ſoli, et Leucadii, et Ambraciotae, propter cognationem, *illuc* profecti. Ex Arcadia vero, mercenarii milites a Corinthiis miſſi, et Sicyonii coacti militiam illam ſunt ſequuti. Ex illis autem, qui ſunt extra Peloponneſum, Boeoti. Sed ad iſtas adventitias copias ipſi Sicilienſes omnium rerum, ad hoc bellum ne-

ceſſariarum, multitudinem *longe* majorem contulerunt, quippe qui magnas urbes incolerent. Etenim et multi gravis armaturae milites, et naves, et equi, et alia maxima multitudo collecta fuit. Verum prae caeteris omnibus (ut ita loquar) ipſi Syracuſani plus copiarum ſuppeditaverunt, *idque* propter urbis magnitudinem, et quod in proximo discrimine verſabantur.

59. Atque haec quidem fuerunt utrorumque auxilia *undique* collecta. Atque haec omnia tunc utrisque praeſto fuerunt, nec ullum praeterea auxilium amplius aut ad hos aut ad illos venit. Syracuſani igitur ſociique merito praeclarum certamen ſibi propoſitum eſſe duxerunt, ſi, praeter navalem victoriam, quam adepti fuerant, univerſum etiam Athenienſium exercitum, qui tantus eſſet, debellaſſent, et illos ab utraque parte, et mari et terra effugere, prohibuiſſent. Itaque continuo magnum portum claudere coeperunt, qui octo ferme ſtadiorum oſtium habebat, transverſis triremibus, et navigiis, et ſcaphis, *eas* anchoris ſtabilientes. Et caetera, ſi Athenienſes navale proelium adhuc committere auderent, prae-

οἰκοῦντες. καὶ γὰρ ὁπλῖται πολλοὶ καὶ νῆες καὶ ἵπποι, καὶ ἄλλος ὅμιλος ἄφθονος ξυνελέγη. καὶ πρὸς ἅπαντας αὖθις ὡς εἰπεῖν τοὺς ἄλλους Συρακουσίους αὐτοὶ πλείω ἐπορίσαντο διὰ μέγεθος πόλεως, καὶ ὅτι ἐν μεγίστῳ κινδύνῳ ἦσαν.

νθ'. Καὶ αἱ μὲν ἑκατέρων ἐπικουρίαι, τοσαίδε ξυνελέγησαν. καὶ τότε ἤδη πᾶσαι ἀμφοτέροις παρῆσαν, καὶ οὐκέτι οὐδὲν οὐδετέροις ἐπῆλθεν. οἵ τε οὖν Συρακούσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι εἰκότως ἐνόμισαν καλὸν ἀγώνισμα σφίσιν εἶναι ἐπὶ τῇ γεγενημένῃ νίκῃ τῆς ναυμαχίας, ἑλεῖν τε τὸ στρατόπεδον ἅπαν τῶν Ἀθηναίων, τοσοῦτον ὄν, καὶ μηδὲ καθ' ἑκάτερα αὐτοὺς, μήτε διὰ θαλάσσης, μήτε τῷ πεζῷ διαφυγεῖν. ἔκλειον οὖν τόν τε λιμένα εὐθὺς τὸν μέγαν, ἔχοντα τὸ στόμα ὀκτὼ σταδίων μάλιστα, τριήρεσι πλαγίαις, καὶ πλοίοις, καὶ ἀκάτοις, ἐπ' ἀγκυρῶν ὁρμίζοντες. καὶ τἄλλα, ἢν ἔτι ναυμαχεῖν οἱ Ἀθηναῖοι τολμήσωσι, παρεσκευά-

ζοντο· καὶ ὀλίγον οὐδὲν ἐς οὐδὲν ἐπενόουν.

ξ'. Τοῖς δὲ Ἀθηναίοις τήν τε ἀπόκλεισιν ὁρῶσι, καὶ τὴν ἄλλην διάνοιαν αὐτῶν αἰσθομένοις, βουλευτέα ἐδόκει. καὶ ξυνελθόντες οἵ τε στρατηγοὶ καὶ οἱ ταξίαρχοι, πρὸς τὴν παροῦσαν ἀπορίαν τῶν τε ἄλλων, καὶ ὅτι τὰ ἐπιτήδεια οὔτε αὐτίκα ἔτι εἶχον, (προπέμψαντες γὰρ ἐς Κατάνην ὡς ἐκπλευσόμενοι, ἀπεῖπον μὴ ἐπάγειν) οὔτε τολοιπὸν ἔμελλον ἕξειν, εἰ μὴ ναυκρατήσουσιν· ἐβουλεύσαντο τὰ μὲν τείχη τὰ ἄνω ἐκλιπεῖν, πρὸς δὲ αὐταῖς ταῖς ναυσὶν ἀπολαβόντες διατείχισμά τι, ὅσον οἷόν τε ἐλάχιστον τοῖς τε σκεύεσι καὶ τοῖς ἀσθενέσιν ἱκανὸν γενέσθαι, τοῦτο μὲν φρουρεῖν, ἀπὸ δὲ τοῦ ἄλλου πεζοῦ τὰς ναῦς πάσας, ὅσαι ἦσαν καὶ δυναταὶ καὶ ἀπλοώτεραι, πάντα τινὰ ἐσβιβάζοντες πληρῶσαι. καὶ διαναυμαχήσαντες, ἢν μὲν νικῶσιν, ἐς Κατάνην κομίζεσθαι, ἢν δὲ μή, ἐμπρήσαντες τὰς ναῦς, πεζῇ ξυνταξάμενοι ἀποχωρεῖν ᾗ ἂν

parabant: et in nullo quicquam parvum animo agitabant.

60. Athenienſes autem, cum hanc *portus* obſtructionem viderent, et caeteras illorum cogitationes cognoſcerent, conſultandum eſſe cenſuerunt. Quare duces et centuriones congregati, propter praeſentes difficultates cum aliarum rerum, tum vero *praecipue* quod nec in praeſentia commeatus amplius haberent (nam *nuntiis* Catanam praemiſſis, quod *illinc* discedere ſtatuiſſent, *Catanaeis* interdixerant, ne adveherent) nec in poſterum habituri eſſent, niſi claſſe *Syracuſanos* ſuperarent, cenſuerunt, ſuperiores munitiones eſſe deſerendas, et locum aliquem prope ipſas naves occupandum, et munimento quam minimo poſſent concludendum, tantum quod ad utenſilia et aegrotos capiendos ſatis eſſet, atque hoc quidem praeſidio tuendum: reliquo vero peditatu naves omnes, tam eas, quae ad navigationem eſſent idoneae, quam eas, quae non eſſent *idoneae ad navigandum*, explendas, ita ut quoslibet *in eas* imponerent. et navali proelio commiſſo, ſi vincerent, Catanam ſe reciperent; ſin ſecus, incenſa claſſe, pedeſtri

itinere, acie instructa abirent, qua parte celerrime locum aliquem, aut barbaricum aut Graecum, qui amicus esset, adipisci possent. Atque hi quidem, ut haec ipsis *fieri* placuit, sic etiam *illico* fecerunt. Nam et ex superioribus munitionibus ad littus descenderunt, omnesque naves compleverunt; cunctis *eas* ingredi coactis, quicunque per aetatem quoquo modo *ad aliquem rei navalis usum* idonei esse videbantur. Universae autem naves ad centum ac decem completae fuerunt. Multos autem sagittarios et jaculatores, et Acarnanum, et aliorum peregrinorum, in eas imposuerunt; et caetera, prout ipsis in eas angustias compulsis, et hujusmodi cogitationes habentibus licebat, compararunt. Nicias autem, rebus magna ex parte jam paratis, videns milites animo consternatos esse, quod praeter solitum navali proelio longe superati fuissent, et propter commeatuum inopiam velle quam celerrime *belli fortunam* periclitari, omnes convocatos, tunc primum est adhortatus, et haec verba fecit.

61. ‘ Milites Athenienses, et *vos* alii

τάχιστα μέλλωσι τινὸς χωρίου ἢ βαρβαρικοῦ ἢ Ἑλληνικοῦ φιλίου ἀντιλήψεσθαι. καὶ οἱ μὲν, ὡς ἔδοξεν αὐτοῖς ταῦτα, καὶ ἐποίησαν. ἔκ τε γὰρ τῶν ἄνω τειχῶν ὑποκατέβησαν, καὶ τὰς ναῦς ἐπλήρωσαν πάσας· ἀναγκάσαντες ἐσβαίνειν ὅστις καὶ ὁπωσοῦν ἐδόκει ἡλικίας μετέχων ἐπιτήδειος εἶναι. καὶ ξυνεπληρώθησαν νῆες αἱ πᾶσαι, δέκα μάλιστα καὶ ἑκατόν. τοξότας τε ἐπ᾽ αὐτὰς πολλοὺς καὶ ἀκοντιστὰς τῶν τε Ακαρνάνων καὶ τῶν ἄλλων ξένων ἐσεβίβαζον· καὶ τἄλλα ὡς οἷόν τ᾽ ἦν ἐξ ἀναγκαίου τε καὶ τοιαύτης διανοίας ἐπορίσαντο. ὁ δὲ Νικίας, ἐπειδὴ τὰ πολλὰ ἕτοιμα ἦν, ὁρῶν καὶ τοὺς στρατιώτας τῷ τε παρὰ τὸ εἰωθὸς πολὺ ταῖς ναυσὶ κρατηθῆναι ἀθυμοῦντας, καὶ διὰ τὴν τῶν ἐπιτηδείων σπάνιν ὡστάχιστα βουλομένους διακινδυνεύειν, ξυγκαλέσας ἅπαντας, παρεκελεύσατο τότε πρῶτον, καὶ ἔλεξε τοιάδε.

ξα΄. ‘ ΑΝΔΡΕΣ στρατιῶται Αθηναί-

'ων τε καὶ τῶν ἄλλων ξυμμάχων, ὁ μὲν 'ἀγὼν ὁ μέλλων ὁμοίως κοινὸς ἅπασιν 'ἔσαι, περί τε σωτηρίας καὶ πατρίδος ἑκά-'στοις οὐχ ἧσσον ἢ τοῖς πολεμίοις. ἢν γὰρ 'κρατήσωμεν νῦν ταῖς ναυσὶν, ἔστι τῳ τὴν 'ὑπάρχουσάν που οἰκείαν πόλιν ἐπιδεῖν. 'ἀθυμεῖν δὲ οὐ χρὴ, οὐδὲ πάσχειν ὅπερ οἱ 'ἀπειρότατοι τῶν ἀνθρώπων, οἳ τοῖς πρώ-'τοις ἀγῶσι σφαλέντες, ἔπειτα διαπαντὸς 'τὴν ἐλπίδα τοῦ φόβου ὁμοίαν ταῖς ξυμφο-'ραῖς ἔχουσιν. ἀλλ' ὅσοι τε Ἀθηναίων 'πάρεστε, πολλῶν ἤδη πολέμων ἔμπειροι 'ὄντες, καὶ ὅσοι τῶν ξυμμάχων ξυστρατευό-'μενοι ἀεὶ, μνήσθητε τῶν ἐν τοῖς πολέμοις 'παραλόγων, καὶ τὸ τῆς τύχης κἂν μεθ' 'ἡμῶν ἐλπίσαντες στῆναι, καὶ ὡς ἀναμαχού-'μενοι ἀξίως τοῦδε τοῦ πλήθους ὅσον αὐτοὶ 'ὑμῶν αὐτῶν ἐφορᾶτε, παρασκευάζεσθε.

ξϛ΄. 'Ἃ δὲ ἀρωγὰ ἐνείδομεν ἐπὶ τῇ 'τοῦ λιμένος στενότητι, πρὸς τὸν μέλλοντα 'ὄχλον τῶν νεῶν ἔσεσθαι, καὶ πρὸς τὴν

'socii, certamen quidem, quod nobis est ineundum, omnibus pariter erit commune, 'et unicuique de salute et patria, non minus quam hostibus *nostris futurum est*. 'Nam si navali proelio nunc vicerimus, 'suam cuique civitatem, ubicunque illa fuerit, revisere licebit. Sed animum abjicere 'non oportet, nec idem pati, quod imperitissimis hominibus accidere solet: qui, si 'primis in proeliis rem infeliciter gesserint, 'deinde similes calamitates perpetuo formidant. Sed quotquot Athenienses *hic* adestis, qui multorum bellorum notitiam habetis, et quotquot socii, qui *nostri* commilitones semper fuistis, estote memores bellorum exitus incertos esse, et fortunam a 'nobis quoque staturam sperantes, ad iterum pugnandum vos praeparate, prout decet tantam vestrum multitudinem, quantam vos ipsi videtis.

62. 'Quae autem in his portus angustiis nobis profutura cognovimus, adversus futuram navium turbam, et adversus 'illorum apparatum *ac milites* in navium

'tabulatis *futuros*, unde prius damno fuimus affecti, haec etiam omnia nunc, pro praesenti rerum facultate, cum gubernatoribus excogitavimus atque paravimus. Nam sagittarii multi et jaculatores *in naves ascendent*, et multitudo, qua, si navale proelium in alto committeremus, non uteremur, quia navium onus rei nauticae disciplinam impediret. Sed hic in pedestri proelio, quod ex navibus committere cogemur, utilis erit. Praeterea excogitavimus etiam *remedia*, quae adversus *naves hostiles* in navibus aedificandis erant paranda, et adversus epotidum crassitudinem (quod praecipue obfuit) ferreas *manus comparavimus*, quas *illorum navibus* injiciemus, quae navem *hostilem*, quum invaserit, retinebunt, ne retro se recipiat, si modo vectores, quae postea requiruntur, exsequantur. In eam enim necessitatem jam sumus compulsi, ut pedestre proelium ex navibus committere cogamur. Hoc autem *nobis* utile esse constat, ut neque ipsi *ab hostili classe* resiliamus, neque illos *a nostra resilire* permittamus. praesertim

ἐκείνων ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων παρασκευὴν, οἷς πρότερον ἐβλαπτόμεθα, πάντα καὶ ἡμῖν νῦν, ἐκ τῶν παρόντων, μετὰ τῶν κυβερνητῶν ἐσκεμμένα ἡτοίμασται. καὶ γὰρ τοξόται πολλοὶ καὶ ἀκοντισταὶ ἐπιβήσονται, καὶ ὄχλος, ᾧ, ναυμαχίαν μὲν ποιούμενοι ἐν πελάγει, οὐκ ἂν ἐχρώμεθα, διὰ τὸ βλάπτειν ἂν τὸ τῆς ἐπιστήμης τῇ βαρύτητι τῶν νεῶν· ἐν δὲ τῇ ἐνθάδε ἠναγκασμένῃ ἀπὸ τῶν νεῶν πεζομαχίᾳ πρόσφορα ἔσται. εὕρηται δ' ἡμῖν ὅσα χρὴ ἀντιναυπηγεῖσθαι, καὶ πρὸς τὰς τῶν ἐπωτίδων αὐτοῖς παχύτητας, ᾧπερ μάλιστα ἐβλαπτόμεθα, χειρῶν σιδηρῶν ἐπιβολαὶ, αἳ σχήσουσι τὴν πάλιν ἀνάκρουσιν τῆς προσπεσούσης νεὼς, ἢν τὰ ἐπὶ τούτοις οἱ ἐπιβάται ὑπουργῶσιν. ἐς τοῦτο γὰρ δὴ ἠναγκάσμεθα ὥστε πεζομαχεῖν ἀπὸ τῶν νεῶν. καὶ τὸ μήτε αὐτοὺς ἀνακρούεσθαι, μήτ' ἐκείνους ἐᾶν, ὠφέλιμον φαίνεται. ἄλλως τε καὶ τῆς γῆς,

‘ πλὴν ὅσον ἂν ὁ πεζὸς ἡμῶν ἐπέχῃ, πο-
‘ λεμίας οὔσης.

ξγ'. ‘ Ὧν χρὴ μεμνημένους, διαμάχε-
‘ σθαι ὅσον ἂν δύνησθε, καὶ μὴ ἐξωθεῖσθαι
‘ ἐς αὐτὴν, ἀλλὰ ξυμπεσούσης νηῒ νεὼς, μὴ
‘ πρότερον ἄξιον ἀπολύεσθαι, ἢν μὴ τοὺς
‘ ἀπὸ τοῦ πολεμίου καταστρώματος ὁπλί-
‘ τας ἀπαράξητε. καὶ ταῦτα τοῖς ὁπλί-
‘ ταις οὐχ ἧσσον τῶν ναυτῶν παρακελεύ-
‘ ομαι, ὅσῳ τῶν ἄνωθεν μᾶλλον τὸ ἔργον
‘ τοῦτο. ὑπάρχει δ' ὑμῖν ἔτι νῦν γε τὰ
‘ πλείω τῷ πεζῷ ἐπικρατεῖν. τοῖς δὲ
‘ ναύταις παραινῶ, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ τῷδε
‘ καὶ δέομαι, μὴ ἐκπεπλῆχθαί τι ταῖς
‘ ξυμφοραῖς ἄγαν, τήν τε παρασκευὴν ἀπὸ
‘ τῶν καταστρωμάτων βελτίω νῦν ἔχον-
‘ τας, καὶ τὰς ναῦς πλείους. ἐκείνην τε τὴν
‘ ἡδονὴν ἐνθυμεῖσθαι ὡς ἀξία ἐστὶ διασώ-
‘ σασθαι, οἳ τέως Ἀθηναῖοι νομιζόμενοι καὶ
‘ μὴ ὄντες ὑμῶν, τῆς τε φωνῆς τῇ ἐπιστή-
‘ μῃ, καὶ τῶν τρόπων τῇ μιμήσει, ἐθαυ-

'quod terra ſit hoſtilis, praeter eam, quam 'noſter peditatus obtinuerit.

63. 'Quorum *vos* memores oportet to-'tis viribus conſtanter pugnare, nec *ſinere* '*vos* ad eam propelli, ſed quum navis cum 'navi confligere coeperit, *exiſtimare* non 'decere prius *ab hoſtibus* dirimi, quam de 'hoſtili tabulato milites deturbaritis. At-'que ad haec non minus milites quam nau-'tas adhortor, *atque eo quidem magis,* quo 'magis eorum, qui deſuper pugnant, hoc 'officium eſt. Quinetiam in vobis ſitum eſt, 'nunc quoque magnam victoriae partem 'peditatu conſequi. Nautas vero adhor-'tor, quinetiam ſimul obſecro, ne propter 'clades acceptas animo nimis conſternato 'ſitis: tum quia firmiorem apparatum ex 'tabulatis, tum etiam quia plures naves 'nunc habetis. Praeterea *oportet vos* con-'ſiderare, quam operae pretium ſit illam 'voluptatem *a vobis* conſervari, quotquot 'de vobis antea pro Athenienſibus, quam-'vis non eſſetis *Athenienſes,* habebamini, 'et cum ob *noſtrae* linguae peritiam, tum 'ob inſtitutorum imitationem, apud *omnem*

'Graeciam ſuſpiciebamini, et quod attinet 'ad utilitates, *quae ex imperio percipi ſolent,* 'imperii noſtri participes eratis non minus '*quam nos indigenae,* imo vero multo ma'gis, tum quod populis imperio noſtro ſub'jectis terrorem incuteretis, tum etiam quod '*ab aliis* non laederemini. Itaque cum ſoli, 'idque libere, ſocii ſitis imperii noſtri, me'rito nunc illud ne prodatis *cavere debetis.* 'Et, contemtis Corinthiis, quos ſaepe ſu'peraſtis, et Sicilienſibus, quorum nullus, 'quamdiu *noſtra* claſſis vigebat, nobis reſiſ'tere eſt auſus, eos propulſate, et declarate 'veſtram ſcientiam, vel cum imbecillitate 'et calamitatibus conjunctam, aliorum ro'bore, quod ſecunda fortuna utitur, poten'tiorem eſſe.

64. 'Rurſus illis de vobis, qui ſunt A'thenienſes, haec in memoriam redigo, ne'que naves alias his ſimiles in navalibus, 'neque militum juventutem a vobis *domi* 'relictam eſſe. Et, ſi quid aliud, quam vic'toria, vobis contingat, et hoſtes, qui hic 'ſunt, protinus illuc navigaturos, et qui de 'nobis illic ſunt reliqui, nequaquam ſatis 'virium habituros ad propulſandos et eos,

‘ μάζεσθε κατὰ τὴν Ἑλλάδα, καὶ τῆς ἀρ-‘ χῆς τῆς ἡμετέρας οὐκ ἔλασσον κατὰ τὸ ‘ ὠφελεῖσθαι, ἔς τε τὸ φοβερὸν τοῖς ὑπη-‘ κόοις, καὶ τὸ μὴ ἀδικεῖσθαι, πολὺ πλεῖον ‘ μετείχετε. ὥστε κοινωνοὶ μόνοι ἐλευθέρως ‘ ἡμῖν τῆς ἀρχῆς ὄντες, δικαίως ἂν αὐτὴν ‘ νῦν μὴ καταπροδίδοιτε. καταφρονήσαντες ‘ δὲ Κορινθίων τε, οὓς πολλάκις νενικήκατε, ‘ καὶ Σικελιωτῶν, ὧν οὐδ᾽ ἀντιστῆναι οὐδεὶς, ‘ ἕως ἤκμαζε τὸ ναυτικὸν, ἡμῖν ἠξίωσεν, ‘ ἀμύνασθε αὐτοὺς, καὶ δείξατε ὅτι καὶ μετὰ ‘ ἀσθενείας καὶ ξυμφορῶν ἡ ὑμετέρα ἐπιστή-‘ μη κρείσσων ἐστὶν ἑτέρας εὐτυχούσης ῥώ-‘ μης.

ξδʹ. ‘ Τούς τε Ἀθηναίους ὑμῶν πάλιν αὖ ‘ καὶ τάδε ὑπομιμνήσκω, ὅτι οὔτε ναῦς ἐν ‘ τοῖς νεωσοίκοις ἄλλας ὁμοίας ταῖσδε, ‘ οὔτε ὁπλιτῶν ἡλικίαν ὑπελίπετε. εἴτε ‘ ξυμβήσεταί τι ἄλλο ἢ τὸ κρατεῖν ὑμῖν, ‘ τούς τε ἐνθάδε πολεμίους εὐθὺς ἐπ᾽ ἐκεῖνα ‘ πλευσουμένους, καὶ τοὺς ἐκεῖ ὑπολοίπους

‘ ἡμῶν ἀδυνάτους ἐσομένους τούς τε αὐτοῦ καὶ ‘ τοὺς ἐπελθόντας ἀμύνασθαι. καὶ οἱ μὲν ‘ ἂν ὑπὸ Συρακουσίοις εὐθὺς γίγνοισθε, οἷς ‘ αὐτοὶ ἴστε οἵᾳ γνώμῃ ἐπήλθετε. οἱ δ’ ‘ ἐκεῖ, ὑπὸ Λακεδαιμονίοις. ὥστε ἐν ἑνὶ ‘ τῷδε ὑπὲρ ἀμφοτέρων ἀγῶνι καθεστῶτες ‘ καρτερήσατε, εἴπερ ποτὲ, καὶ ἐνθυμεῖσθε ‘ καθ’ ἑκάστους τε καὶ ξύμπαντες, ὅτι οἱ ‘ ἐν ταῖς ναυσὶν ὑμῶν νῦν ἐσόμενοι, καὶ ‘ πεζοὶ τοῖς Αθηναίοις εἰσὶ καὶ νῆες, καὶ ἡ ‘ ὑπόλοιπος πόλις, καὶ τὸ μεγα ὄνομα τῶν ‘ Αθηνῶν· περὶ ὧν εἴτις τι ἕτερος ἑτέρου ‘ προφέρει ἢ ἐπιστήμῃ, ἢ εὐψυχίᾳ οὐκ ἂν ‘ ἐν ἄλλῳ μᾶλλον καιρῷ ἀποδειξάμενος, ‘ αὐτός τε αὐτῷ ὠφέλιμος γένοιτο, καὶ τοῖς ‘ ξύμπασι σωτήριος.’

ξε΄. Ὁ μὲν Νικίας, τοσαῦτα παρακελευσάμενος, εὐθὺς ἐκέλευε πληροῦν τὰς ναῦς. τῷ δὲ Γυλίππῳ καὶ τοῖς Συρακουσίοις παρῆν μὲν αἰσθάνεσθαι, ὁρῶσι καὶ αὐτὴν τὴν παρασκευὴν, ὅτι ναυμαχή-

'qui illic *jam* ſunt, et eos, qui praeterea 'hinc *adverſus ipſos* venient. Et vos quidem, *qui hic eſtis*, in Syracuſanorum poteſtatem confeſtim venietis, contra quos 'qua mente veneritis, vos ipſi *probe* noſtis: 'qui vero illic ſunt, in Lacedaemoniorum '*poteſtatem venient*. Quare cum in hoc uno 'certamine pro utrisque *tam pro vobis ipſis*, '*quam pro caeteris, qui ſunt domi*, conſtituri ſitis, fortiter, ſi unquam alias, *hoſti* 'reſiſtite, et ſinguli et univerſi vobiscum 'reputate, ex vobis, qui naves mox conſcendetis, Athenienſium *omnem* peditatum, et 'claſſem, et *urbem, et* reliquam civitatem, 'et magnum illud Athenarum nomen omnino pendere. Pro quibus, ſi qua in re alius alii praeſtat, vel ſcientia vel animi 'praeſtantia, is nunquam alias opportunius 'ſeſe oſtentaverit, *quo* et ſibi ipſi utilis fuerit, et univerſis ſalutaris.'

65. Nicias igitur his *ſuos* adhortatus, ſtatim imperavit, ut naves conſcenderent. Gylippo autem et Syracuſanis, quippe quod ipſum etiam *hoſtium* apparatum cernerent, praeſentire quidem licebat, Athenienſes na-

vale proelium inituros esse; sed certiores facti sunt etiam de ferreis manibus, quas navibus injicere statuerant. Et cum adversus caetera omnia *illorum inventa*, tum etiam adversus hoc, remedia excogitata praepararunt. Nam proras et superiores navium partes coriis longe lateque contexerunt, ut manus injecta laberetur, nec quicquam nancisceretur quod apprehenderet. Postquam autem omnia praeparata fuerunt, duces *eorum* ac Gylippus eos adhortati sunt, et hanc orationem *apud eos* habuerunt.

66. ' Quod praeclarae sint res *a nobis* ' ante gestae, quodque de praeclaris rebus ' mox etiam certamen *nobis* sit futurum, Syracusani et socii, plerique nobis cognoscere videmini (nec enim tanto studio res ' illas gerendas suscepissetis) si quis tamen, ' quantum satis est, non cognoscit, *nos hoc* ' *ipsi* declarabimus. Athenienses enim, qui ' in hanc regionem venerunt, primum quidem ut Siciliam subigerent, deinde vero, ' si rem feliciter gessissent, ut Peloponnesum etiam caeteramque Graeciam, et qui ' omnium tam superioris quam nostrae memoriae Graecorum imperium jampridem

σῦσιν οἱ Ἀθηναῖοι. προηγγέλθη δὲ αὐτοῖς καὶ ἡ ἐπιβολὴ τῶν σιδηρῶν χειρῶν. καὶ πρός τε τἄλλα ἐξηρτύσαντο ὡς ἕκαστα, καὶ πρὸς τοῦτο. τὰς γὰρ πρώρας καὶ τῆς νεὼς ἄνω ἐπὶ πολὺ κατεβύρσωσαν, ὅπως ἂν ἀπολισθάνοι καὶ μὴ ἔχοι ἀντιλαβὴν ἡ χεὶρ ἐπιβαλλομένη. καὶ ἐπειδὴ πάντα ἕτοιμα ἦν, παρεκελεύσαντο ἐκείνοις οἵ τε στρατηγοὶ καὶ Γύλιππος, καὶ ἔλεξαν τοιάδε.

ξϛ'. 'ΟΤΙ μὲν καλὰ τὰ προειργασμένα, καὶ ὑπὲρ καλῶν τῶν μελλόντων ὁ 'ἀγὼν ἔσται, ὦ Συρακούσιοι καὶ ξύμμαχοι, 'οἵ τε πολλοὶ δοκεῖτε ἡμῖν εἰδέναι (οὐδὲ 'γὰρ ἂν οὕτως αὐτῶν προθύμως ἀντελάβεσθε) καὶ εἴτις μὴ ἐπὶ ὅσον δεῖ ἤσθηται, 'σημανοῦμεν. Ἀθηναίους γὰρ ἐς τὴν χώραν 'τήνδε ἐλθόντας, πρῶτον μὲν ἐπὶ τῆς 'Σικελίας καταδουλώσει, ἔπειτ', εἰ κα'τορθώσειαν, καὶ τῆς Πελοποννήσου καὶ τῆς 'ἄλλης Ἑλλάδος, καὶ ἀρχὴν τὴν ἤδη με'γίστην τῶν τε πρὶν Ἑλλήνων καὶ τῶν νῦν

‘ κεκτημένους, πρῶτοι ἀνθρώπων ὑποστάν-
‘ τες τῷ ναυτικῷ, ᾧπερ πάντα κατέχον,
‘ τὰς μὲν νενικήκατε ναυμαχίας, τὴν δ’
‘ ἐκ τοῦ εἰκότος νῦν νικήσετε. ἄνδρες γὰρ
‘ ἐπειδὰν ᾧ ἀξιοῦσι προὔχειν κολουθῶσι,
‘ τόγ’ ὑπόλοιπον αὐτῶν τῆς δόξης ἀσθε-
‘ νέστερον αὐτὸ ἑαυτοῦ ἐστὶν ἢ εἰ μὴ δ’ ᾠή-
‘ θησαν τοπρῶτον. καὶ τῷ παρ’ ἐλπίδα
‘ τοῦ αὐχήματος σφαλλόμενοι, καὶ παρὰ
‘ ἰσχὺν τῆς δυνάμεως ἐνδιδόασιν. ὃ νῦν Α-
‘ θηναίους εἰκὸς πεπονθέναι.

ξζʹ. ‘ Ἡμῶν δὲ, τό, τε ὑπάρχον πρό-
‘ τερον, ᾧπερ καὶ ἀνεπιστήμονες ἔτι ὄντες
‘ ἀπετολμήσαμεν, βεβαιότερον νῦν, καὶ
‘ τῆς δοκήσεως προσγενομένης αὐτῷ, τὸ
‘ κρατίστους εἶναι εἰ τοὺς κρατίστους ἐνικήσα-
‘ μεν, διπλασία ἑκάστου ἡ ἐλπίς. τὰ δὲ
‘ πολλὰ, πρὸς τὰς ἐπιχειρήσεις ἡ μεγίστη
‘ ἐλπὶς μεγίστην καὶ τὴν προθυμίαν παρέ-
‘ χεται. τά τε τῆς ἀντιμιμήσεως αὐτῶν
‘ τῆς παρασκευῆς ἡμῶν, τῷ μὲν ἡμετέρῳ

'maximum obtinent, vos mortalium primi ſuſtinuiſtis claſſe (qua *illi* cuncta obtinuerunt) et cum aliis navalibus proeliis *jam* ſuperaſtis, tum etiam hoc (ut veriſimile videtur) nunc vincetis. Homines enim, poſtquam eorum vires in ea re, qua ſe caeteris *praeſtare* putant, fractae fuerint, multo minorem in poſterum de ſe ipſis opinionem concipiunt, quam ſi nunquam antea *quicquam de ſe tale* ſenſiſſent: et opinione ſua, propter quam animos elatos habebant, praeter ſpem fruſtrati, etiam infra vires virtute ſuccumbunt. Id, quod Athenienſibus nunc accidiſſe credibile eſt.'

67. 'Quod vero ad nos attinet, tum quia priſtina noſtra virtus, (qua, licet *rerum nauticarum* adhuc eſſemus imperiti, belli fortunam tentavimus) nunc validior eſt, tum quia ſummae virtutis opinio *jam* ad eam acceſſit, quod *viros* fortiſſimos vicerimus, ſpes uniuſcujuſque *noſtrum* duplo major *eſſe debet.* Plerumque autem, maxima ſpes maximam etiam animorum alacritatem addit ad res *impigre* ſubeundas. Quod autem hoſtes noſtrum apparatum aemulentur, haec ratio noſtrae qui-

'dem consuetudini familiaris est, nec impa-
'rati adversus singulas illorum *naves* eri-
'mus. Illi vero, postquam multi quidem
'gravis armaturae milites praeter *ipsorum*
'institutum supra tabulata steterint, multi
'etiam terrestres jaculatores, ut ita loquar,
'et Acarnanes et alii, qui naves conscende-
'rint, qui ne sedentes quidem rationem in-
'venient, qua telum emittere possint, qui
'fieri poterit, ut ipsas naves in periculum
'non conjiciant, et omnes inter se ipsos per-
'turbationem non excitent, dum non suo
'more sese movebunt? Siquidem ne multi-
'tudo quidem navium ipsis proderit: si quis
'vestrum hoc etiam *fortasse* formidat, quod
'non cum pari, *sed longe majori* navium nu-
'mero sit pugnaturus. Nam in exiguo *loci*
'*spatio* multae *naves* erunt tardiores ad ex-
'sequendum ea, quae *gubernatores* volunt;
'opportunissimae autem machinamentis,
'quae praeparavimus ad eas profligandas.
'Quod autem verissimum est, cognoscite
'ex iis, quae nos certo intellexisse arbitra-
'mur. Nam isti malorum magnitudine
'fracti, et praesentibus difficultatibus su-
'perati, ad desperationem sunt redacti, non
'apparatu *copiisque suis* freti potius, quam

'τρόπῳ ξυνήθη τέ ἐστι, καὶ οὐκ ἀνάρμοστοι 'πρὸς τὴν ἑκάστην αὐτῶν ἐσόμεθα· οἱ δ' 'ἐπειδὰν πολλοὶ μὲν ὁπλῖται ἐπὶ τῶν 'καταστρωμάτων παρὰ τὸ καθεστηκὸς 'ὦσι, πολλοὶ δὲ ἀκοντισταὶ χερσαῖοι, ὡς 'εἰπεῖν, Ακαρνᾶνές τε καὶ ἄλλοι ἐπὶ ναῦς 'ἀναβάντες, οἳ οὐδ' ὅπως καθεζομένους χρὴ 'τὸ βέλος ἀφεῖναι εὑρήσουσι, πῶς οὐ σφα-'λοῦσί τε τὰς ναῦς, καὶ ἐν σφίσιν αὐτοῖς 'πάντες, οὐκ ἐν τῷ αὐτῶν τρόπῳ κινού-'μενοι, ταράξονται; ἐπεὶ καὶ τῷ πλήθει 'τῶν νεῶν οὐκ ὠφελήσονται· εἴτις καὶ τό-'δε ὑμῶν, ὅτι οὐκ ἴσαις ναυμαχήσει, πε-'φόβηται. ἐν ὀλίγῳ γὰρ πολλαὶ, ἀργό-'τεραι μὲν ἐς τὸ δρᾶν τι ὧν βούλονται ἔσον-'ται, ῥᾶσται δὲ ἐς τὸ βλάπτεσθαι ἀφ' ὧν 'ἡμῖν παρεσκεύασται. τὸ δ' ἀληθέστατον 'γνῶτε ἐξ ὧν ἡμεῖς οἰόμεθα σαφῶς πεπύ-'σθαι. ὑπερβαλλόντων γὰρ αὐτοῖς τῶν 'κακῶν, καὶ βιαζόμενοι ὑπὸ τῆς παρούσης 'ἀπορίας, ἐς ἀπόνοιαν καθεστήκασιν, οὐ πα-

‘ ρασκευῆς πίςει μᾶλλον, ἢ τύχης ἀποκιν-
‘ δυνεύσει ὕτως ὅπως δύνανται· ἵν’ ἢ βιασά-
‘ μενοι ἐκπλεύσωσιν, ἢ κατὰ γῆν μετὰ τῦ-
‘ το τὴν ἀποχώρησιν ποιῶνται, ὡς τῶν γε
‘ παρόντων ὐκ ἂν πράξοντες χεῖρον.

ξή. ‘ Πρὸς ὖν ἀταξίαν τε τοιαύτην,
‘ καὶ τύχην ἀνδρῶν ἑαυτὴν παραδεδω-
‘ κυῖαν πολεμιωτάτων, ὀργῇ προσμίξω-
‘ μεν; καὶ νομίσωμεν, ἅμα μὲν νομιμώ-
‘ τατον εἶναι πρὸς τὺς ἐναντίυς, οἳ ἂν
‘ ὡς ἐπὶ τιμωρίᾳ τῦ προσπεσόντος δικαι-
‘ ώσωσιν, ἀποπλῆσαι τῆς γνώμης τὸ θυ-
‘ μύμενον, ἅμα δὲ ἐχθρὺς ἀμύνασθαι ἐγ-
‘ γενησόμενον ἡμῖν, καὶ τὸ λεγόμενόν πυ
‘ ἥδιςον εἶναι. ὡς δὲ ἐχθροὶ καὶ ἔχθιςοι,
‘ πάντες ἴςε, οἵγε ἐπὶ τὴν ἡμετέραν ἦλ-
‘ θον δυλωσόμενοι. ἐν ᾧ εἰ κατώρθωσαν,
‘ ἀνδράσι μὲν ἂν τὰ ἄλγιςα προσέθεσαν,
‘ παισὶ δὲ καὶ γυναιξὶ τὰ ἀπρεπέςατα,
‘ πόλει δὲ τῇ πάσῃ τὴν αἰχίςην ἐπίκλη-
‘ σιν. ἀνθ’ ὧν μὴ μαλακισθῆναι τινὰ πρέ-

'temeritate fortunae, quam quoquo modo 'possunt periclitari volunt; ut vel per vim 'navibus elabantur, vel postea, itinere ter'restri *aliquo* se recipiant, quippe qui pe'jore conditione nunquam sint futuri, quam 'nunc sunt.

68. 'Adversus igitur talem confusionem, 'et infestissimorum hominum fortunam, 'quae se ipsam *nobis* tradidit, iratis animis 'contendentes pugnam conseramus: et ex'istimemus simul quidem aequissimum esse, 'adversariorum suppliciis iracundiam ani'mi saturare, qui dicere audent, se justa de 'causa huc venisse, ut nos suos hostes ulcis'cerentur, simul etiam in nobis *et penes nos* '*futurum* inimicos propulsare, et id, quod 'vulgo dicitur, suavissimum esse, *inimicos* '*ulcisci*. Quod autem *isti sint nobis* inimici 'atque *adeo* inimicissimi, omnes *hoc probe* 'nostis, qui in nostram *regionem* nos in ser'vitutem redacturi venerunt. Quam rem 'si feliciter gessissent, viros quidem acer'bissimis cruciatibus, ac liberos et uxores 'summa turpitudine affecissent, et univer'sae reipublicae turpissimum *servitutis* cog'nomentum imposuissent. Quare neminem

' *de nobis* rem molliter gerere decet, neque ' pro lucro ducere, quod illi ſine *noſtro* pe' riculo abeant. Nam parta etiam victoria ' hoc ipſum ſunt facturi. Illud etiam prae' clarum certamen, ſi faciamus ea, quae fa' cere debemus et volumus, ut *videlicet* et ' iſtos puniamus, et univerſae Siciliae fir' miorem libertatem reſtituamus, qua prius ' etiam fruebatur. Atque ea pericula ſunt ' rariſſima, *et maxime expetenda*, quae, ſi ' offendas, minimum damnum; ſi rem feli' citer geras, maximas utilitates afferunt.'

69. Atque Syracuſanorum quidem duces et Gylippus, his verbis et ipſi ſuos milites adhortati, viciſſim *ſuas* naves ſtatim *militibus* implere coeperunt, poſtquam animadverterunt et *ipſos* Athenienſes *idem facere*. Nicias vero propter praeſentem rerum ſtatum animo perculſus, et animadvertens, quantum periculum, et quam vicinum jam eſſet, quod tantum non jam *obviam hoſti* eſſent proceſſuri, et exiſtimans, quod *hominibus* in maximis proeliis accidere ſolet, *ſuis* omnibus in rebus aliquid adhuc deeſſe, quod a ſe nondum praeparatum eſſet, necdum oratione ſatis ampla cum ipſis *militibus* a ſe

‘ πει, μηδὲ τὸ ἀκινδύνως ἀπελθεῖν αὐτοὺς,
‘ κέρδος νομίσαι. τοῦτο μὲν γὰρ, καὶ ἐὰν
‘ κρατήσωσιν, ὁμοίως δράσουσι. τὸ δὲ, πρα-
‘ ξάντων ἐκ τοῦ εἰκότος ἃ βουλόμεθα, τούσ-
‘ δε τε κολασθῆναι, καὶ τῇ πάσῃ Σικε-
‘ λίᾳ, καρπουμένῃ καὶ πρὶν, ἐλευθερίαν
‘ βεβαιοτέραν παραδοῦναι, καλὸς ὁ ἀγών.
‘ καὶ κινδύνων οὗτοι σπανιώτατοι, οἳ ἂν
‘ ἐλάχιστα ἐκ τοῦ σφαλῆναι βλάπτοντες,
‘ πλεῖστα διὰ τὸ εὐτυχῆσαι ὠφελοῦσι.’

ξθ'. Καὶ οἱ μὲν τῶν Συρακουσίων στρατηγοὶ καὶ Γύλιππος, τοιαῦτα καὶ αὐτοὶ τοῖς σφετέροις στρατιώταις παρακελευσάμενοι, ἀντεπλήρουν τὰς ναῦς εὐθὺς, ἐπειδὴ καὶ τοὺς Ἀθηναίους ᾐσθάνοντο. ὁ δὲ Νικίας, ὑπὸ τῶν παρόντων ἐκπεπληγμένος, καὶ ὁρῶν οἷος ὁ κίνδυνος, καὶ ὡς ἐγγὺς ἤδη ἦν, ἐπειδὴ καὶ ὅσον οὐκ ἔμελλον ἀνάγεσθαι, καὶ νομίσας, ὅπερ πάσχουσιν ἐν τοῖς μεγάλοις ἀγῶσι, πάντα τε ἔργῳ ἔτι σφίσιν ἐνδεᾶ εἶναι, καὶ λόγῳ αὐτοῖς οὔπω ἱκανὰ εἰρῆσθαι, αὖθις

τῶν τριηράρχων ἕνα ἕκαστον ἀνεκάλει, πατρόθεν τε ἐπονομάζων, καὶ αὐτοὺς ὀνομαστὶ καὶ φυλήν. ἀξιῶν τό, τε καθ' ἑαυτὸν, ᾧ ὑπῆρχε λαμπρότητός τι, μὴ προδιδόναι τινά, καὶ τὰς πατρικὰς ἀρετὰς, ὧν ἐπιφανεῖς ἦσαν οἱ πρόγονοι, μὴ ἀφανίζειν· πατρίδος τε τῆς ἐλευθερωτάτης ὑπομιμνήσκων, καὶ τῆς ἐν αὐτῇ ἀνεπιτάκτου πᾶσιν ἐς τὴν δίαιταν ἐξουσίας· ἄλλα τε λέγων ὅσα ἐν τῷ τοιούτῳ ἤδη τοῦ καιροῦ ὄντες ἄνθρωποι, οὐ πρὸς τὸ δοκεῖν τινὶ ἀρχαιολογεῖν φυλαξάμενοι εἴποιεν ἂν, καὶ ὑπὲρ ἁπάντων παραπλήσια, ἔς τε γυναῖκας καὶ παῖδας καὶ θεοὺς πατρῴους προφερόμενα, ἀλλ' ἐπὶ τῇ παρούσῃ ἐκπλήξει ὠφέλιμα νομίζοντες ἐπιβοῶνται. καὶ ὁ μὲν, οὐχ ἱκανὰ μᾶλλον ἢ ἀναγκαῖα νομίσας παρῃνῆσθαι, ἀποχωρήσας ἦγε τὸν πεζὸν πρὸς τὴν θάλασσαν· καὶ παρέταξεν ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἐδύνατο, ὅπως ὅτι μεγίστη τοῖς ἐν ταῖς ναυσὶν ὠφέλεια ἐς τὸ θαρσεῖν γίγνοιτο. ὁ δὲ Δη-

actum esse, rursus unumquemque trierarchorum vocabat, singulos et patrum et tribuum et propriis nominibus appellans. Et orabat unumquemque, in quo aliquid splendoris inerat, ne seipsum proderet; neve *illi*, quorum majores illustres essent, paternas virtutes delerent. Eosdem etiam admonebat patriae, quae liberrima esset, et in qua unicuique arbitratu suo citra praescriptum ac imperium alterius vitam instituere liceret. Alia praeterea commemorabat, quaecunque homines, in hujusmodi temporis articulo jam constituti, reservare ac dicere solent, non ut alicui res priscas effutire videantur, et *quaecunque alia his* similia de universis, *ut* et de uxoribus et de liberis et de Diis patriis proferri consueverunt, sed quae in praesenti pavore utilia *dictu* putantes, alta voce pronuntiant. Atque hic quidem non quantum satis esset potius, quam quantum sibi per temporis angustias concessum esset, se *suos milites* cohortatum ratus, *ex concione* digressus, peditatum ad mare duxit, et instruxit aciem quam latissime potuit, ut sociis navalibus ad fiduciam animo concipiendam quam maximo esset adjumen-

to. Demosthenes vero et Menander et Euthydemus (hi enim duces in Atheniensium naves ascenderant) a suorum castrorum statione solventes, sine mora navigarunt ad portus pontem, et *ad* fauces relictas, qua eruptio fieri poterat, quod *illac* per vim foras exire vellent.

70. Syracusani vero, sociique cum *suas et pedestres et navales copias* prius, *quam hostilis classis illuc perveniret*, eduxissent, navibus tot numero, quot et ante habebant, cum earum parte ad ipsas portus fauces, qua eruptio fieri poterat, excubias agebant, et *reliquam classem* in reliquo portu circumcirca *disposuerant*, ut undique simul impressionem in Athenienses facerent, et peditatus simul ipsis subsidio veniret ad quamcunque partem et ipsae naves appulissent. Praeerant autem classi apud Syracusanos, Sicanus et Agatharchus, uterque *unum* totius cornu tenens; Pythen vero et Corinthii medium. Postquam autem Athenienses ad pontem accesserunt, primo quidem impetu naves ad ipsum *praesidii causa* collocatas impressione facta superarunt, et *portus* claustra solvere conabantur. Postea vero, cum Syra-

μοσθένης κ̀ Μένανδρος κ̀ Εὐθύδημος (ἕτοι γὰρ ἐπὶ τὰς ναῦς τῶν Αθηναίων στρατηγοὶ ἐπέβησαν) ἄραντες ἀπὸ τοῦ ἑαυτῶν στρατοπέδου, εὐθὺς ἔπλεον πρὸς τὸ ζεῦγμα τοῦ λιμένος, καὶ τὸν καταλειφθέντα διέκπλουν, βουλόμενοι βιάσασθαι εἰς τὸ ἔξω.

ό. Προεξαγαγόμενοι δὲ οἱ Συρακούσιοι κ̀ οἱ ξύμμαχοι ναυσὶ παραπλησίαις τὸν ἀριθμὸν, κ̀ πρότερον κατά τε τὸν ἔκπλουν μέρει αὐτῶν ἐφύλασσον, κ̀ κατὰ τὸν ἄλλον κύκλῳ λιμένα, ὅπως πανταχόθεν ἅμα προσπίπτοιεν τοῖς Αθηναίοις, καὶ ὁ πεζὸς αὐτοῖς ἅμα παραβοηθῇ ἧπερ κ̀ αἱ νῆες κατίσχοιεν. ἦρχον δὲ τοῦ ναυτικοῦ τοῖς Συρακουσίοις, Σικανὸς μὲν κ̀ Αγάθαρχος, κέρας ἑκάτερος τοῦ παντὸς ἔχων, Πυθὴν δὲ καὶ οἱ Κορίνθιοι τὸ μέσον. ἐπειδὴ δ' οἱ Αθηναῖοι προσέμισγον τῷ ζεύγματι, τῇ μὲν πρώτῃ ῥύμῃ ἐπιπλέοντες ἐκράτουν τῶν τεταγμένων νεῶν πρὸς αὐτῷ, κ̀ ἐπειρῶντο λύειν τὰς κλήσεις. μετὰ δὲ τοῦτο, πανταχ-

χόθεν σφίσι τῶν Συρακουσίων καὶ ξυμμάχων ἐπιφερομένων, οὐ πρὸς τῷ ζεύγματι ἔτι μόνον ἡ ναυμαχία, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν λιμένα ἐγίγνετο· καὶ ἦν καρτερὰ, καὶ οἵα οὐχ ἑτέρα τῶν πρότερον. πολλὴ μὲν γὰρ ἑκατέροις προθυμία ἀπὸ τῶν ναυτῶν ἐς τὸ ἐπιπλεῖν ὁπότε κελευσθείη ἐγίγνετο, πολλὴ δὲ ἡ ἀντιτέχνησις τῶν κυβερνητῶν καὶ ἀγωνισμὸς πρὸς ἀλλήλους. οἵ τε ἐπιβάται ἐθεράπευον, ὅτε προσπέσοι ναῦς νηΐ, μὴ λείπεσθαι τὰ ἀπὸ τοῦ καταστρώματος τῆς ἄλλης τέχνης. πᾶς τέ τις, ἐν ᾧ προσετέτακτο, αὐτὸς ἕκαστος ἠπείγετο πρῶτος φαίνεσθαι. ξυμπεσουσῶν δὲ ἐν ὀλίγῳ πολλῶν νεῶν (πλεῖσται γὰρ δὴ αὗται ἐν ἐλαχίστῳ ἐναυμάχησαν. βραχὺ γὰρ ἀπέλιπον ξυναμφότεραι διακόσιαι γενέσθαι) αἱ μὲν ἐμβολαὶ, διὰ τὸ μὴ εἶναι τὰς ἀνακρούσεις καὶ διέκπλους, ὀλίγαι ἐγίγνοντο, αἱ δὲ προσβολαὶ, ὡς τύχοι ναῦς νηῒ προσπεσοῦσα, ἢ διὰ τὸ φεύγειν, ἢ ἄλλη ἐπιπλέουσα,

cusani sociique in ipsos undique inveherentur, non amplius ad pontem tantum, sed etiam in ipso portu proelium fiebat. Erat autem atrox, et quale nullum superiorum *fuerat*. Magnam enim animorum alacritatem adhibebant utriusque classis nautae ad impetum faciendum, quotiescunque jussi fuissent: multa quoque certatim gubernatores ad artem suam pertinentia alii contra alios excogitabant. Et *milites*, qui *navibus* vehebantur, quoties navis impressionem in navem fecisset, operam dabant, ne ipsi, qui ex tabulatis pugnabant, caetero artificio, *caeterisque nautis et gubernatoribus*, inferiores essent. Et unusquisque in munere sibi assignato, primus apparere conabatur. Quod autem in exiguo *loci spatio* multae naves confligerent (nam hae naves, quarum maximus erat numerus, in angustissimo *spatio* tunc pugnarunt. parum enim aberat, quin universae naves utriusque classis ducentas efficerent) incursiones quidem paucae fiebant, quia vel retrocedendi vel perrumpendi nulla facultas dabatur: concursus vero frequentiores erant, prout quaeque navis in navem incidisset, vel dum fugeret, vel dum

impreſſionem in aliam faceret. Et quamdiu quidem navis *aliam* invadebat, *tamdiu* qui ex tabulatis pugnabant, abunde jaculis et ſagittis et lapidibus adverſus eam utebantur. Cum autem *naves* jam confligerent, *earum* propugnatores, qui manus conſerebant, utrinque in alienas naves ingredi conabantur. Multis autem in partibus contigit, ut propter loci anguſtias, partim quidem *iſti* impreſſionem in illos facerent, partim vero *illi* in iſtos incurrerent, et duae quinetiam alicubi plures naves uni neceſſario adhaereſcerent. Contigit etiam, ut gubernatores, has quidem vitandi, illas vero per inſidias invadendi, non ſigillatim, ſed variis in partibus undique cura circumſiſteret: utque ſtrepitus ingens, qui a multis navibus concurrentibus edebatur, ſimul et pavorem afferret, et auditum adimeret eorum, quae ab hortatoribus praecipiebantur. Multa enim hortatorum adhortatio utrinque audiebatur, ex arte, et propter praeſens vincendi ſtudium: Athenienſium quidem, ut *ſui* per vim erup-

πυκνότεραι ἦσαν. καὶ ὅσον μὲν χρόνον προσφέροιτο ναῦς, οἱ ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων τοῖς ἀκοντίοις καὶ τοξεύμασι καὶ λίθοις ἀφθόνως ἐπ' αὐτὴν ἐχρῶντο· ἐπειδὴ δὲ προσμίξειαν, οἱ ἐπιβάται εἰς χεῖρας ἰόντες ἐπειρῶντο ταῖς ἀλλήλων ναυσὶν ἐπιβαίνειν. ξυνετύγχανέ τε πολλαχοῦ, διὰ τὴν στενοχωρίαν, τὰ μὲν, ἄλλοις ἐμβεβληκέναι, τὰ δὲ, αὐτοὺς ἐμβεβλῆσθαι, δύο τε περὶ μίαν καὶ ἔστιν ᾗ καὶ πλείους ναῦς κατ' ἀνάγκην ξυνηρτῆσθαι· καὶ τοῖς κυβερνήταις τῶν μὲν φυλακὴν, τῶν δ' ἐπιβουλὴν, μὴ καθ' ἓν ἕκαστον, κατὰ πολλὰ δὲ πανταχόθεν περιεστάναι. καὶ τὸν κτύπον μέγαν ἀπὸ πολλῶν [τῶν] νεῶν ξυμπιπτουσῶν, ἔκπληξίν τε ἅμα καὶ ἀποστέρησιν τῆς ἀκοῆς ὧν οἱ κελευσταὶ φθέγγοιντο παρέχειν. πολλὴ γὰρ δὴ παρακέλευσις καὶ βοὴ ἀφ' ἑκατέρων τοῖς κελευσταῖς, κατὰ τὴν τέχνην, καὶ πρὸς τὴν αὐτίκα φιλονεικίαν, ἐγίγνετο· τοῖς μὲν Ἀθηναίοις βιάζεσθαί τε τὸν ἐκ-

πλουν ἐπιβοῶντες, καὶ περὶ τῆς ἐς τὴν πατρίδα σωτηρίας νῦν, εἴποτε καὶ αὖθις, προθύμως ἀντιλαβέσθαι· τοῖς δὲ Συρακουσίοις καὶ ξυμμάχοις, καλὸν εἶναι κωλῦσαί τε αὐτοὺς διαφυγεῖν, καὶ τὴν οἰκείαν ἑκάστους πατρίδα νικήσαντας ἐπαυξῆσαι. καὶ οἱ στρατηγοὶ προσέτι ἑκατέρων, εἴτινά που ὁρῷεν μὴ κατ᾽ ἀνάγκην πρύμναν κρουόμενον, ἀνακαλοῦντες ὀνομαστὶ τὸν τριήραρχον, ἠρώτων, οἱ μὲν Αθηναῖοι, εἰ τὴν πολεμιωτάτην γῆν, οἰκειοτέραν ἤδη τῆς οὐ δι᾽ ὀλίγου κεκτημένης θαλάσσης ἡγούμενοι, ἀποχωροῦσιν· οἱ δὲ Συρακούσιοι, εἰ οὓς σαφῶς ἴσασι προθυμουμένους Αθηναίους παντὶ τρόπῳ διαφυγεῖν, τούτους αὐτοὶ φεύγοντας φεύγουσιν.

οα΄. Ὁ, τε ἐκ τῆς γῆς πεζὸς ἀμφοτέρων, ἰσοῤῥόπου τῆς ναυμαχίας καθεστηκυίας, πολὺν τὸν ἀγῶνα καὶ ξύστασιν τῆς γνώμης εἶχε, φιλονεικῶν μὲν ὁ αὐτόθεν περὶ τοῦ πλείονος ἤδη καλοῦ, δεδιότες δὲ οἱ ἐπελ-

tionem facerent, exclamantium, utque nunc, ſi unquam alias, alacriter *ſuam* ſalutem conſervantes in patriam redire conarentur: Syracuſanorum vero et ſociorum *exclamantium*, praeclarum eſſe illorum fugam impedire, partaque victoria ſuam quemque patriam *gloria* augere. Praeterea utriusque claſſis duces, ſicubi aliquem animadvertiſſent cum ſua navi ceſſim ire, accitum nominatim *ejus* trierarchum percontabantur; Athenienſes quidem, num *iſti* retrocederent, quod infenſiſſimorum hoſtium agrum, *ipſo* mari, cujus imperium non exiguo obtinuiſſent, jam amiciorem putarent; Syracuſani vero, num quos Athenienſes plane ſcirent vehementer cupere quavis ratione effugere, hos fugientes ipſi fugerent.

71. Dum autem navale proelium *ab illis* ancipiti Marte committeretur, utrorumque peditatus, qui in terra erat, magnum animi certamen ſuſtinebat, et rei eventum admodum attente exſpectabat. Ac Syracuſanus quidem, quod jam pro majore gloria ſibi comparanda contenderet: Athenienſes ve-

ro, qui *Syracuſanos* invaſerant, quod metuerent, ne in fortunam praeſenti longe deteriorem delaberentur. Athenienſes enim, quod omnes ſuas fortunas in navibus poſuiſſent, de futuro adeo timebant, ut nullus *alius majore metu percelli poſſet*; atque hac ipſa de cauſa navale proelium inaequaliter *ac impari conditione* ex terra *utrique* ſpectare cogebantur. Nam cum ſpectaculum eſſet e propinquo, nec omnes pariter eodem ſpectarent, ſi qui ſuos alicubi vincentes aſpexiſſent, ſe ipſos colligebant, et ad implorandam Deorum fidem ſe convertebant, ne ſe ſalute fraudarent: alii vero, qui ſuos vinci vidiſſent, planctu ſimul et vociferatione utebantur; et ex iis, quae fieri cernebant, animis etiam multo magis frangebantur, quam qui in ipſo proelio *verſabantur*. Quinetiam alii, ubi oculos in aliquam partem convertiſſent, in qua ancipiti Marte pugnaretur, (propter permixti confuſique certaminis continuationem) ipſis etiam corporibus, prout animo erant affecti, cum vehementi metu ſimul nutantes, in maxima animi anxietate verſabantur. Semper enim parum aberat,

θόντες, μὴ τῶν παρόντων ἔτι χείρω πράξωσι. πάντων γὰρ δὴ ἀνακειμένων τοῖς Ἀθηναίοις ἐς τὰς ναῦς, ὅ,τε φόβος ἦν ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος οὐδενὶ ἐοικὼς, καὶ διὰ τὸ, ἀνώμαλον καὶ τὴν ἔποψιν τῆς ναυμαχίας ἐκ τῆς γῆς ἠναγκάζοντο ἔχειν. δι' ὀλίγου γὰρ οὔσης τῆς θέας, καὶ οὐ πάντων ἅμα ἐς τὸ αὐτὸ σκοπούντων, εἰ μέν τινες ἴδοιέν πῃ τοὺς σφετέρους ἐπικρατοῦντας, ἀνεθάρσησάν τε ἂν, καὶ πρὸς ἀνάκλησιν θεῶν, μὴ στερῆσαι σφᾶς τῆς σωτηρίας, ἐτρέποντο· οἱ δ', ἐπὶ τὸ ἡσσώμενον βλέψαντες, ὀλοφυρμῷ τε ἅμα μετὰ βοῆς ἐχρῶντο, καὶ ἀπὸ τῶν δρωμένων τῆς ὄψεως καὶ τὴν γνώμην μᾶλλον τῶν ἐν τῷ ἔργῳ ἐδουλοῦντο. ἄλλοι δὲ καὶ πρὸς ἀντίπαλόν τι τῆς ναυμαχίας ἀπιδόντες, διὰ τὸ ἀκρίτως ξυνεχὲς τῆς ἁμίλλης, καὶ τοῖς σώμασιν αὐτοῖς ἴσα τῇ δόξῃ περιδεῶς ξυναπονεύοντες, ἐν τοῖς χαλεπώτατα διῆγον. ἀεὶ γὰρ παρ' ὀλίγον ἢ διέφευγον, ἢ ἀπώλλυντο.

ἦν τε ἐν τῷ αὐτῷ στρατεύματι τῶν Ἀθηναίων, ἕως ἀγχώμαλα ἐναυμάχουν, πάντα ὁμοῦ ἀκοῦσαι, ὀλοφυρμὸς, βοὴ, νικῶντες, κρατούμενοι· ἄλλα ὅσα ἐν μεγάλῳ κινδύνῳ μέγα στρατόπεδον πολυειδῆ ἀναγκάζοιτο φθέγγεσθαι. παραπλήσια δὲ καὶ οἱ ἐπὶ τῶν νεῶν αὐτοῖς ἔπασχον· πρίν γε δὴ οἱ Συρακούσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι, ἐπιπολὺ ἀντισχούσης τῆς ναυμαχίας, ἔτρεψάν τε τοὺς Ἀθηναίους, καὶ ἐπικείμενοι λαμπρῶς, πολλῇ κραυγῇ καὶ διακελευσμῷ χρώμενοι, κατεδίωκον ἐς τὴν γῆν. τότε δὴ ὁ μὲν ναυτικὸς στρατὸς, ἄλλος ἄλλῃ ὅσοι μὴ μετέωροι ἑάλωσαν, κατενεχθέντες ἐξέπεσον ἐς τὸ στρατόπεδον. ὁ δὲ πεζὸς, οὐκέτι διαφόρως, ἀλλ' ἀπὸ μιᾶς ὁρμῆς, οἰμωγῇ τε καὶ στόνῳ πάντες δυσανασχετοῦντες τὰ γιγνόμενα, οἱ μὲν ἐπὶ τὰς ναῦς παρεβοήθουν, οἱ δὲ, πρὸς τὸ λοιπὸν τοῦ τείχους, ἐς φυλακήν· ἄλλοι δὲ οἱ πλεῖστοι ἤδη περὶ σφᾶς αὐτοὺς καὶ ὅπη σωθήσονται διεσκό-

quin evaderent, aut perirent. In eodem autem Atheniensium exercitu, quamdiu *classe* aequo Marte pugnarunt, licebat *haec* omnia simul audire, lamenta, clamores, vincentes, victos, *et* alia, quaecunque magnus exercitus in magno discrimine *positus* multifariam proferre cogitur. Illorum etiam militibus, qui in navibus erant, idem, quod his, accidebat: donec tandem Syracusani sociique (cum navale proelium ad multum diem utrinque pertinaciter commissum fuisset) Athenienses in fugam verterunt; et minime dubie *fugientibus* instantes, magno clamore et cohortatione utentes, terram versus *eos* persequi coeperunt. Tunc vero nauticus quidem exercitus, alius alio, quotquot in alto capti non fuerant, *in terram* delati, in *sua* castra evaserunt. Peditatus vero, non amplius diversam rationem sequens, *ita ut alii hoc, alii illud facerent*, sed universi uno impetu cum ploratu gemituque graviter *ac indigne* ferentes ea, quae fiebant, partim quidem ad opem navibus ferendam accurrebant, partim vero ad reliquam munitionum partem, ut eam tutarentur. Alii vero (quae maxima erat portio) se ipsos jam circumspiciebant,

et qua ſibi ſalutem parerent; et tunc *in Athenienſium caſtris* tantus exſtitit pavor, ut nullus ex ſuperioribus hoc major exſtiterit. Et cladem illi ſimilem *hic* acceperunt, quam ipſi *Lacedaemoniis* ad Pylum attulerunt. Cum enim Lacedaemoniorum claſſis *illic* profligata fuiſſet, praeterea ipſorum quoque cives, qui in inſulam trajecerant, in ea *plerique* perierunt. Quamobrem Athenienſes itinere terreſtri (niſi quid inopinatum accideret) ſe ſervatum iri deſperabant.

72. Poſt proelium autem navale, quod acerrime commiſſum fuit, in quo multae naves multique mortales perierunt, Syracuſani ſociique victoriam adepti, navium fractarum tabulas ac reliquias et caeſorum corpora ſuſtulerunt, et in urbem reverſi tropaeum ſtatuerunt. Athenienſes vero prae magnitudine praeſentium malorum, ne cogitarunt quidem de ſuorum cadaveribus naviumque fragmentis repetendis ac recipiendis; ſed de noctu protinus abeundo conſultabant. Demoſthenes autem, cum Niciam adiſſet, cenſebat reliquas naves iterum in-

πων· ἥν τε ἐν τῷ παραυτίκα ὐδὲ μιᾶς δὴ τῶν ξυμπασῶν ἐλάσσων ἔκπληξις. παραπλήσιά τε ἐπεπόνθεσαν καὶ ἔδρασαν αὐτοὶ ἐν Πύλῳ. διαφθαρεισῶν γὰρ τῶν νεῶν τοῖς Λακεδαιμονίοις, προσαπώλλυντο αὐταῖς καὶ οἱ ἐν τῇ νήσῳ ἄνδρες διαβεβηκότες· καὶ τότε τοῖς Ἀθηναίοις ἀνέλπιστον ἦν τὸ κατὰ γῆν σωθήσεσθαι, ἢν μή τι παράλογον γίγνηται.

οβ'. Γενομένης δ' ἰσχυρᾶς τῆς ναυμαχίας, κὴ πολλῶν νεῶν ἀμφοτέροις κὴ ἀνθρώπων ἀπολομένων, οἱ Συρακύσιοι κὴ οἱ ξύμμαχοι ἐπικρατήσαντες, τά τε ναυάγια κὴ τὺς νεκρὺς ἀνείλοντο· καὶ ἀποπλεύσαντες πρὸς τὴν πόλιν, τροπαῖον ἔστησαν. οἱ δ' Ἀθηναῖοι, ὑπὸ μεγέθυς τῶν παρόντων κακῶν, νεκρῶν μὲν πέρι ἢ ναυαγίων ὐδὲ ἐπενόυν αἰτῆσαι ἀναίρεσιν, τῆς δὲ νυκτὸς ἐβυλεύοντο εὐθὺς ἀναχωρεῖν. Δημοσθένης δὲ Νικίᾳ προσελθὼν, γνώμην ἐποιεῖτο, πληρώσαντας ἔτι τὰς λοιπὰς τῶν νεῶν,

βιάσασθαι ἢν δύνωνται ἅμα ἕῳ τὸν ἔκπλουν· λέγων ὅτι πλείους ἔτι αἱ λοιπαὶ εἰσι νῆες χρήσιμαι σφίσιν ἢ τοῖς πολεμίοις (ἦσαν γὰρ τοῖς μὲν Ἀθηναίοις περίλοιποι ὡς ἑξήκοντα, τοῖς δ' ἐναντίοις ἐλάσσους ἢ πεντήκοντα) καὶ ξυγχωροῦντος Νικίου τῇ γνώμῃ, καὶ βουλομένων πληροῦν αὐτὰς, οἱ ναῦται οὐκ ἤθελον ἐσβαίνειν, διὰ τὸ καταπεπλῆχθαι τῇ ἥσσῃ, καὶ μὴ ἂν ἔτι οἴεσθαι κρατῆσαι. καὶ οἱ μὲν ὡς κατὰ γῆν ἀναχωρήσοντες ἤδη ξύμπαντες τὴν γνώμην εἶχον.

ογʹ. Ἑρμοκράτης δὲ ὁ Συρακούσιος, ὑπονοήσας αὐτῶν τὴν διάνοιαν, καὶ νομίσας δεινὸν εἶναι εἰ τοσαύτη στρατιὰ κατὰ γῆν ἀποχωρήσασα, καὶ καθεζομένη ποι τῆς Σικελίας, βουλήσεται αὖθις σφίσι τὸν πόλεμον ποιεῖσθαι, ἐφηγεῖται ἐλθὼν τοῖς ἐν τέλει οὖσιν ὡς οὐ χρεὼν ἀποχωρῆσαι τῆς νυκτὸς αὐτοὺς περιϊδεῖν, (λέγων ταῦτα ἃ καὶ αὐτῷ ἐδόκει) ἀλλὰ ἐξελθόντας ἤδη πάν-

ſtruendas, et ſub auroram, ſi poſſent, eruptionem tentandam. Dicebat enim plures adhuc naves ad navigationem idoneas ſibi ſupereſſe, quam hoſtibus. Athenienſibus enim, naves circiter ſexaginta ſupererant; hoſtibus vero, pauciores quam quinquaginta. Cum autem Nicias ei aſſentiretur, et naves implere vellent, nautae illas conſcendere nolebant, quod adverſo proelio perterriti eſſent, nec amplius ſe ſuperiores fore ſperarent. Atque hi quidem univerſi jam itinere terreſtri ſe *aliquo* recipere in animo habebant.

73. Sed Hermocrates Syracuſanus ſuſpicatus quid illi in animo haberent, et ratus atrocem rem fore, ſi tantus exercitus itinere terreſtri ſeſe *illinc* reciperet, et in aliqua Siciliae parte ſubſideret, unde rurſus bellum ſibi facere vellet, Magiſtratus adit, eosque monet, hoſtibus per negligentiam minime permittendum eſſe, ut noctu abirent, (ſimul autem et haec et alia, quae ipſi videbantur,

dicebat) ſed omnibus Syracuſanis ſociisque jam exeundum, et vias obſtruendas, et locorum anguſtias praeoccupandas atque cuſtodiendas. Illi vero et ipſi non minus, quam ille, idem ſentiebant, et *haec* facienda cenſebant: ſed *addebant*, ſe non putare homines laetos, et ex navali eoque magno proelio recens reverſos et quieſcentes, praeterea quod dies feſtus eſſet (forte enim tunc apud ipſos dies feſtus Herculis erat) imperata facile facturos. Nam prae ingenti victoriae gaudio, pleroſque per eum diem feſtum ſeſe ad potationem converſuros, et ſe exiſtimare, illos ſibi in quibuslibet *aliis rebus* obtemperaturos potius, quam in praeſentia ſumtis armis exituros. Sed cum Magiſtratibus haec reputantibus difficilia factu eſſe viderentur, et Hermocrates *haec* ipſis perſuadere non poſſet, poſtea ipſe haec commentus eſt; veritus ne Athenienſes nemine prohibente difficillima quaeque loca noctu prius tranſirent, nonnullos e ſuis ſodalibus cum equitibus, quum jam adveſperaſceret, ad Athe-

τὰς Συρακουσίους καὶ τοὺς ξυμμάχους τάς τε ὁδοὺς ἀποικοδομῆσαι, καὶ τὰ στενόπορα τῶν χωρίων προφθάσαντας φυλάσσειν. οἱ δὲ, ξυνεγίγνωσκον μὲν καὶ αὐτοὶ οὐχ ἧσσον ταῦτα ἐκείνου, καὶ ἐδόκει ποιητέα εἶναι. τοὺς δὲ ἀνθρώπους ἄρτι ἀσμένους ἀπὸ ναυμαχίας τε μεγάλης ἀναπεπαυμένους, καὶ ἅμα ἑορτῆς οὔσης (ἔτυχε γὰρ αὐτοῖς Ἡράκλεια ταύτην τὴν ἡμέραν θυσία οὖσα) οὐ δοκεῖν ἂν ῥαδίως ἐθελῆσαι ὑπακοῦσαι. ὑπὸ γὰρ τοῦ περιχαροῦς τῆς νίκης, πρὸς πόσιν τετράφθαι τοὺς πολλοὺς ἐν τῇ ἑορτῇ, καὶ πάντα μᾶλλον ἐλπίζειν ἂν σφῶν πείθεσθαι αὐτοὺς, ἢ ὅπλα λαβόντας ἐν τῷ παρόντι ἐξελθεῖν. ὡς δὲ τοῖς ἄρχουσι ταῦτα λογιζομένοις ἐφαίνετο ἄπορα, καὶ οὐκ ἔπειθεν αὐτοὺς ὁ Ἑρμοκράτης, αὐτὸς ἐπὶ τούτοις τάδε μηχανᾶται· δεδιὼς μὴ οἱ Ἀθηναῖοι καθ' ἡσυχίαν προφθάσωσιν ἐν τῇ νυκτὶ διελθόντες τὰ χαλεπώτατα τῶν χωρίων, πέμπει τῶν ἑταίρων τινὰς τῶν ἑαυτοῦ μετὰ ἱππέ-

ων πρὸς τὸ τῶν Ἀθηναίων στρατόπεδον, ἡνίκα ξυνεσκόταζεν· οἳ προσπελάσαντες ἐξ ὅσου τις ἔμελλεν ἀκούσεσθαι, καὶ ἀνακαλεσάμενοι τινὰς, ὡς ὄντες τῶν Ἀθηναίων ἐπιτήδειοι (ἦσαν γάρ τινες τῷ Νικίᾳ διάγγελοι τῶν ἔνδοθεν) ἐκέλευον φράζειν Νικίᾳ μὴ ἀπάγειν τῆς νυκτὸς τὸ στράτευμα, ὡς Συρακουσίων τὰς ὁδοὺς φυλασσόντων, ἀλλὰ καθ' ἡσυχίαν τῆς ἡμέρας παρασκευασάμενον ἀποχωρεῖν. καὶ οἱ μὲν, εἰπόντες ἀπῆλθον· καὶ οἱ ἀκούσαντες διήγγειλαν τοῖς στρατηγοῖς τῶν Ἀθηναίων.

οδ΄. Οἱ δὲ πρὸς τὸ ἄγγελμα ἐπέσχον τὴν νύκτα, νομίσαντες οὐκ ἀπάτην εἶναι. καὶ ἐπειδὴ καὶ ὣς οὐκ εὐθὺς ὥρμησαν, ἔδοξεν αὐτοῖς καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν περιμεῖναι, ὅπως ξυσκευάσαιντο ὡς ἐκ τῶν δυνατῶν οἱ στρατιῶται ὅτι χρησιμώτατα· καὶ τὰ μὲν ἄλλα πάντα καταλιπεῖν, ἀναλαβόντας δὲ αὐτὰ ὅσα περὶ τὸ σῶμα ἐς δίαιταν ὑπῆρχεν ἐπιτήδεια, ἀφορμᾶσθαι. Συρακου-

nienſium caſtra mittit. Qui *eo usque* provecti, unde quis exaudiri poſſet, et quibusdam evocatis, quaſi Athenienſium eſſent amici (erant enim nonnulli internuntii, qui Niciam de rebus urbanis certiorem faciebant) imperarunt, ut Niciae ſignificarent, ne ea nocte copias abduceret, quod Syracuſani vias obſediſſent, ſed poſtridie copiis per otium inſtructis abiret. Atque illi quidem, cum *haec* dixiſſent, diſceſſerunt: hi vero ducibus Athenienſium renuntiarunt ea, quae audierant.

74. Duces autem ob iſtum nuntium ea nocte ſuperſederunt, nullam ſubeſſe fraudem rati. Cum autem ne ſic quidem ſtatim diſceſſiſſent, ipſis et inſequentem diem *illic* remanere placuit, ut milites pro praeſenti facultate convaſarent quam commodiſſime poſſent: et caetera quidem omnia relinquere; ſolis vero rebus, quotquot ad corporis victum ac veſtitum eſſent neceſſariae, aſſumtis, abire. Syracuſani vero et Gylippus cum

peditatu quidem prius egreſſi, *quam illi diſcederent*, et vias per *ſuam* regionem, qua veriſimile erat Athenienſes iter facturos, obſtruxerunt, et rivorum et fluviorum transitus cuſtodiebant. Et in locis ad excipiendum exercitum opportunis, qua *transiturus* videbatur, ut *ejus transitum* impedirent, acie inſtructa ſtabant. At cum claſſe profecti, Athenienſium naves a littore abſtraxerunt. Aliquot etiam concremarunt (quod vel ipſi Athenienſes facere in animo habuerant) caeteras vero per otium, nullo prohibente, ut quaeque forte aliquo delata fuerat, religatas in urbem traxerunt.

75. Poſtea vero, cum Niciae et Demoſtheni *res* ſatis praeparatae eſſe viſae ſunt, jam tertio a navali pugna die caſtra moverunt. Haec igitur res erat acerba, non tantum ſi quis ſingula ſpectet, quod *nimirum* et amiſſa claſſe univerſa diſcederent, et pro magna ſpe, cum ipſi tum etiam *univerſa* civitas in *ſalutis* discrimen eſſet adducta: ſed

σιοι δὲ καὶ Γύλιππος τῷ μὲν πεζῷ προεξελθόντες, τάς τε ὁδοὺς τὰς κατὰ τὴν χώραν, ᾗ εἰκὸς ἦν τοὺς Ἀθηναίους ἰέναι, ἀπεφράγνυσαν, καὶ τῶν ῥείθρων καὶ τῶν ποταμῶν τὰς διαβάσεις ἐφύλασσον· καὶ ἐς ὑποδοχὴν τοῦ στρατεύματος, ὡς κωλύσοντες, ᾗ ἐδόκει ἐτάσσοντο· ταῖς δὲ ναυσὶ προσπλεύσαντες, τὰς ναῦς τῶν Ἀθηναίων ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ ἀφεῖλκον. ἐνέπρησαν δέ τινας ὀλίγας, ὥσπερ διενοήθησαν αὐτοὶ οἱ Ἀθηναῖοι, τὰς δ' ἄλλας καθ' ἡσυχίαν, οὐδενὸς κωλύοντος, ὡς ἑκάστην ποι ἐκπεπλωκυῖαν ἀναδησάμενοι ἐκόμιζον ἐς τὴν πόλιν.

οε΄. Μετὰ δὲ τοῦτο, ἐπειδὴ ἐδόκει τῷ Νικίᾳ καὶ τῷ Δημοσθένει ἱκανῶς παρασκευάσασθαι, καὶ ἡ ἀνάστασις ἤδη τοῦ στρατεύματος τρίτη ἡμέρα ἀπὸ τῆς ναυμαχίας ἐγίγνετο. δεινὸν οὖν ἦν οὐ καθ' ἓν μόνον τῶν πραγμάτων, ὅτι τάς τε ναῦς ἀπολωλεκότες πάσας ἀπεχώρουν, καὶ ἀντὶ μεγάλης ἐλπίδος καὶ αὐτοὶ καὶ ἡ πόλις κινδυνεύοντες

ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ ἀπολείψει τοῦ στρατοπέδου ξυνέβαινε τῇ τε ὄψει ἑκάστῳ ἀλγεινὰ καὶ τῇ γνώμῃ αἰσθέσθαι. τῶν τε γὰρ νεκρῶν ἀτάφων ὄντων, ὁπότε τὶς ἴδοι τινὰ τῶν ἐπιτηδείων κείμενον, ἐς λύπην μετὰ φόβου καθίσαλο. καὶ οἱ ζῶντες καταλειπόμενοι τραυματίαι τε καὶ ἀσθενεῖς, πολὺ τῶν τεθνεώτων τοῖς ζῶσι λυπηρότεροι ἦσαν, καὶ τῶν ἀπολωλότων ἀθλιώτεροι. πρὸς γὰρ ἀντιβολίαν καὶ ὀλοφυρμὸν τραπόμενοι, ἐς ἀπορίαν καθίστασαν, ἄγειν τε σφᾶς ἀξιοῦντες, καὶ ἕνα ἕκαστον ἐπιβοώμενοι, εἴ τινά πυ τὶς ἴδοι ἢ ἑταίρων, ἢ οἰκείων. τῶν τε ξυσκήνων ἤδη ἀπιόντων ἐκκρεμαννύμενοι, καὶ ἐπακολουθοῦντες ὅσον δύναιντο. εἴ τῳ δὲ προλείποι ἡ ῥώμη καὶ τὸ σῶμα, οὐκ ἄνευ ὀλίγων ἐπιθειασμῶν καὶ οἰμωγῆς ἀπολειπόμενοι, ὥστε δάκρυσι πᾶν τὸ στράτευμα πλησθὲν καὶ ἀπορίᾳ τοιαύτῃ, μὴ ῥᾳδίως ἀφορμᾶσθαι, καίπερ ἐκ πολεμίας τε, καὶ μείζω ἢ κατὰ δά-

etiam quod in castris deserendis unicuique contingerent, quae nec spectari nec cogitari sine animi angore possent. Nam cum mortui essent insepulti, quoties quis aliquem necessariorum jacentem conspexisset, moerore simul et metu afficiebatur. Vivi vero, qui relinquebantur et vulnerati et aegroti, multo majorem moerorem quam mortui vivis afferebant, et *multo* miseriores quam defuncti *ipsis esse videbantur*. Nam ad preces et lamentationes conversi *caeteros* ad dubitationem adigebant, *utrum illis relictis abeundum, an cum illis remanendum*, quod *illos* orarent, ut se abducerent, et uniuscujusque fidem implorarent, sicubi quis aliquem aut sodalium aut familiarium animadvertisset, ac ex contubernalium jam abeuntium cervicibus penderent, et quousque possent *eos* insequerentur. Quod si quos corporis vires ante confectum iter defecissent, non sine multis obtestationibus ac ploratibus *ab aliis* deserebantur; adeo ut omnis exercitus, lacrymis repletus et hujusmodi dubitatione *retardatus*, non facile discedere posset, quamvis ex hostico *discedendum ipsis esset*, tum

jam vel majora passis quam quae lacrymis defleri possent, tum etiam futura metuentibus, ne quid *gravius* paterentur. Magnusque moeror, simul et magna eaque mutua inter ipsos incusatio erat. Nihil enim aliud quam expugnatae civitati, eique non parvae, quae profugeret, similes erant. Nam universa multitudo simul proficiscentium non erat infra numerum quadraginta millium. Horum autem cum caeteri omnes, quod quisque poterat, prout utile *ac necessarium ipsis* erat, tum etiam gravis armaturae milites, et equites, praeter consuetudinem, ipsi quoque sua etiam cibaria sub armis ferebant, alii quidem, propter servorum inopiam, alii vero, propter diffidentiam. Transfugerant enim et jampridem et tunc temporis plerique. Atque ne haec quidem, quae ferebant, *ipsis* sufficiebant. Nullus enim commeatus in castris amplius erat. Quinetiam caetera ignominia, et aequalis malorum portio, quae quoddam levamentum *alias* habet, quum multos habemus *socios*, tamen ne sic quidem tunc facilis videbatur: praesertim *cogitantibus* quanto ex splendore, et gloriae dignitate, qua initio

κρυα, τὰ μὲν πεπονθότας ἤδη, τὰ δὲ περὶ τῶν ἐν ἀφανεῖ δεδιότας μή τι πάθωσι. κατήφειά τέ τις ἅμα καὶ κατάμεμψις σφῶν αὐτῶν πολλὴ ἦν. οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἢ πόλει ἐκπεπολιορκημένῃ ἐῴκεσαν ὑποφευγούσῃ, καὶ ταύτῃ οὐ σμικρᾷ. μυριάδες γὰρ τοῦ ξύμπαντος ὄχλου οὐκ ἐλάσσους τεσσάρων ἅμα ἐπορεύοντο. καὶ τούτων οἵ τε ἄλλοι πάντες ἔφερον ὅ,τι τὶς ἐδύνατο, κατὰ τὸ χρήσιμον, καὶ οἱ ὁπλῖται καὶ οἱ ἱππεῖς, παρὰ τὸ εἰωθὸς, αὐτοί τε [καὶ] τὰ σφέτερα αὐτῶν σιτία, ὑπὸ τοῖς ὅπλοις, οἱ μὲν, ἀπορίᾳ ἀκολούθων, οἱ δὲ, ἀπιστίᾳ. ἀπηυτομολήκεσαν γὰρ πάλαι τε, καὶ οἱ πλεῖστοι παραχρῆμα. ἔφερον δὲ οὐδὲ ταῦτα ἱκανά. σῖτος γὰρ οὐκέτι ἐν τῷ στρατοπέδῳ. καὶ μὴν ἡ ἄλλη αἰκία, καὶ ἰσομοιρία τῶν κακῶν, ἔχουσά τινα ὅμως τὸ μετὰ πολλῶν κούφισιν, οὐδ' ὣς ῥᾳδία ἐν τῷ παρόντι ἐδοξάζετο· ἄλλως τε καὶ ἀπὸ οἵας λαμπρότητος καὶ αὐχήμα-

τος τȣ̃ πρώτȣ ἐς οἵαν τελευτὴν καὶ ταπεινότητα ἀφῖκτο. μέγιστον γὰρ δὴ τὸ διάφορον τȣ̃το τῷ Ἑλληνικῷ στρατεύματι ἐγένετο, οἷς ἀντὶ μὲν τȣ̃ ἄλλȣς δȣλωσομένȣς ἥκειν, αὐτȣ̀ς τȣ̃το μᾶλλον δεδιότας μὴ πάθωσι ξυνέβη ἀπιέναι. ἀντὶ δ' εὐχῆς τε καὶ παιάνων, μεθ' ὧν ἐξέπλεον, πάλιν τούτων τοῖς ἐναντίοις ἐπιφημίσμασιν ἀφορμᾶσθαι· πεζȣ̀ς δὲ ἀντὶ ναυβατῶν πορευομένȣς, καὶ ὁπλιτικῷ προσέχοντας μᾶλλον ἢ ναυτικῷ. ὅμως δὲ ὑπὸ μεγέθȣς τοῦ ἐπικρεμαμένȣ ἔτι κινδύνȣ πάντα ταῦτα αὐτοῖς οἰστὰ ἐφαίνετο.

ος'. Ὁρῶν δὲ ὁ Νικίας τὸ στράτευμα ἀθυμȣ̃ν, καὶ ἐν μεγάλῃ μεταβολῇ ὄν, ἐπιπαριὼν, ὡς ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ἐθάρσυνέ τε καὶ παρεμυθεῖτο, βοῇ τε χρώμενος ἔτι μᾶλλον ἑκάστοις καθ' οὓς γίγνοιτο, ὑπὸ προθυμίας, καὶ βȣλόμενος ὡς ἐπιπλεῖστον γεγωνίσκων ὠφελεῖν.

praediti fuiſſent, in quem exitum, et *in quam* humilem fortunam deveniſſent. Haec enim rerum commutatio illi Graecorum exercitui maxima contigit. Qui enim *illuc* iverant, ut alios in ſervitutem redigerent, illis accidit, ut ipſi hoc potius metuentes, ne ab illis in ſervitutem redigerentur, abscederent: et pro votis laetisque carminibus, cum quibus ad hanc expeditionem profecti fuiſſent, rurſus cum ominis mali vocibus, quae his erant contrariae, discederent; et ex nauticis facti pedeſtres iter facerent, animumque potius ad gravem armaturam, quam ad claſſem inſtruendam appellerent. Haec tamen omnia propter periculi adhuc impendentis magnitudinem ipſis ferenda videbantur.

76. Nicias autem cernens exercitum animo conſternatum, et in magna *fortunae* commutatione conſtitutum, *ad ſingulos ordines* adiens, ut pro praeſenti rerum ſtatu *eos* confirmabat et conſolabatur, et clamore longe majore *quam unquam ante* utebatur, ut ad quosque accedebat, tum propter animi ſtudium *ac ardorem,* tum etiam quod ſuae vociferationis fructum quam longiſſime *per caſtra* manare cuperet.

77. 'Vel in praesenti rerum statu, A-
'thenienses ac socii, spem oportet habere.
'Jam *enim* nonnulli vel ex asperioribus *ma-*
'*lis*, quam sunt ista, incolumes evaserunt.
'neque supra modum vobismetipsis succen-
'sere vel propter clades, vel propter ae-
'rumnas, quae praeter dignitatem nunc
'premunt. Nam et ego, quamvis neque *cor-*
'*poris* viribus valentior sim, quam ullus de
'vobis, (vos enim ipsi jam videtis ut morbo
'sim affectus) neque felicitate cuiquam se-
'cundus *antea* fuisse videar, cum in privata
'vita, tum in caeteris rebus, nunc *tamen* in
'eodem periculo pendens versor, in quo vel
'abjectissimae conditionis homines versan-
'tur. Quanquam multa quidem ex patriis
'institutis ad pietatem Diis praestandam
'perpetuo feci; multis etiam pietatis offi-
'ciis, quae debent invidia carere, mortales
'sum prosequutus. Quare, *quamvis nostra*
'*fortuna prorsus afflicta videatur*, rerum
'tamen futurarum spes est audax; sed cla-
'des, quas nullo nostro merito accepimus,
'*nos* jam terrent. At fortasse cessabunt.
'Nam et satis feliciter cum hostibus est
'actum, et, si cui Deorum invisi bellum hoc
'suscepimus, satis poenarum jam dedimus.

οζ'. 'ΕΤΙ καὶ ἐκ τῶν παρόντων, ὦ 'Αθηναῖοι καὶ ξύμμαχοι, ἐλπίδα χρὴ ἔ- 'χειν. ἤδη τινὲς καὶ ἐκ δεινοτέρων ἢ τοιῶνδε 'ἐσώθησαν. μηδὲ καταμέμψασθαι ὑμᾶς 'ἄγαν αὐτοὺς μήτε ταῖς ξυμφοραῖς, μήτε 'ταῖς παρὰ τὴν ἀξίαν νῦν κακοπαθείαις. 'κἀγώ τοι οὐδενὸς ὑμῶν οὔτε ῥώμῃ προφέ- 'ρων, (ἀλλ' ὁρᾶτε δὴ ὡς διάκειμαι ὑπὸ τῆς 'νόσου) οὔτ' εὐτυχίᾳ δοκῶν που ὕστερός του 'εἶναι κατὰ τὸν ἴδιον βίον, καὶ ἐς τὰ ἄλλα, 'νῦν ἐν τῷ αὐτῷ κινδύνῳ τοῖς φαυλο- 'τάτοις αἰωροῦμαι· καίτοι πολλὰ μὲν ἐς 'θεοὺς νόμιμα δεδιήτημαι, πολλὰ δὲ ἐς 'ἀνθρώπους δίκαια καὶ ἀνεπίφθονα. ἀνθ' 'ὧν ἡ μὲν ἐλπὶς ὅμως θαρσεῖα τοῦ μέλ- 'λοντος, αἱ δὲ ξυμφοραὶ οὐ κατ' ἀξίαν 'δὴ φοβοῦσι· τάχα δ' ἂν καὶ λωφήσειαν. 'ἱκανὰ γὰρ τοῖς τε πολεμίοις εὐτύχη- 'ται, καὶ εἴ τῳ θεῶν ἐπίφθονοι ἐστρα- 'τεύσαμεν, ἀποχρώντως ἤδη τετιμωρή- 'μεθα. ἦλθον γάρ που καὶ ἄλλοι τινὲς

‘ ἤδη ἐφ' ἑτέρȣς, καὶ ἀνθρώπεια δράσαν-
‘ τες, ἀνεκτὰ ἔπαθον. καὶ ἡμᾶς εἰκὸς
‘ νῦν τά τε ἀπὸ τȣ͂ θεȣ͂ ἐλπίζειν ἠπιώ-
‘ τερα ἕξειν. (οἴκτȣ γὰρ ἀπ' αὐτῶν ἀξι-
‘ ώτεροι ἤδη ἐσμὲν ἢ φθόνȣ) καὶ ὁρῶντες
‘ ὑμᾶς αὐτȣ̀ς, οἷοι ὁπλῖται ἅμα καὶ ὅσοι
‘ ξυντεταγμένοι χωρεῖτε, μὴ καταπε-
‘ πλῆχθε ἄγαν· λογίζεσθε δὲ ὅτι αὐτοί
‘ τε πόλις εὐθὺς ἐςὲ, ὅποι ἂν καθέζοισθε,
‘ καὶ ἄλλη ȣ̓δεμία ὑμᾶς τῶν ἐν Σικελίᾳ
‘ ȣ̓́τ' ἂν ἐπιόντας δέξαιτο ῥᾳδίως, ȣ̓δ' ἂν
‘ ἱδρυθέντας πȣ ἐξαναςήσειε. τὴν δὲ πο-
‘ ρείαν ὥς' ἀσφαλῆ καὶ εὔτακτον εἶναι,
‘ αὐτοὶ φυλάξατε, μὴ ἄλλο τι ἡγησά-
‘ μενος ἕκαςος, ἢ, ἐν ᾧ ἀναγκασθῇ χωρίῳ
‘ μάχεσθαι, τȣ͂το δὲ πατρίδα καὶ τεῖ-
‘ χος κρατήσας ἕξειν. σπȣδὴ δὲ ὁμοίως
‘ καὶ νύκτα καὶ ἡμέραν ἔςαι τῆς ὁδȣ͂. τὰ
‘ γὰρ ἐπιτήδεια, βραχέα ἔχομεν· καὶ ἢν
‘ ἀντιλαβώμεθα τȣ͂ φιλίȣ χωρίȣ τῶν
‘ Σικελῶν, (ȣ̓͂τοι γὰρ ἡμῖν διὰ τὸ Συρα-

'Etenim et alii nonnulli jam bellum aliis 'intulerunt, qui cum humanitus peccassent, 'poenas tamen tolerabiles dederunt. Quam-'obrem verisimile videtur, nos quoque nunc 'debere sperare, Deum mitius nobiscum 'esse acturum. (Jam enim ipsorum *Deorum* 'misericordia quam odio sumus digniores) 'et *convenit vos*, cum videatis vos ipsos, 'quales et qui gravis armaturae milites acie 'instructa pergitis, animis non nimis con-'sternari. Quinetiam illud cogitate, vos ip-'sos, ubicunque consederitis, ibi protinus '*vobis ipsis* esse civitatem; et fore, ut nulla 'alia Siciliensis *civitas* aut vestrum, si *eam* 'invadatis, impetum facile sustineat, aut si 'sedes alicubi fixeritis, expellat. Iter au-'tem ut tuto et servatis ordinibus fiat, ope-'ram vos ipsi caute dabitis, nihil aliud unus-'quisque secum ipse reputans, nisi, quocun-'que in loco pugnare coactus fuerit, hunc, 'si victoria potiatur, et patriam et urbem 'sibi futurum. Iter autem et noctu et in-'terdiu pariter magna festinatione facien-'dum erit. Exiguos enim commeatus ha-'bemus. Et si quod amicum oppidum Sicu-'lorum nacti fuerimus, (isti enim propter

'Syracusanorum metum adhuc erga nos in 'fide constanter perstant) jam vero existi- 'mate vos in loco tuto esse. Ad eos vero '*nuntium* praemittite, qui jubeat *eos nobis* 'obviam venire, et alios commeatus affer- 're. In summa *hoc* sciatis, milites, necessa- 'rium esse vobis, viris esse fortibus; quod 'nullus sit locus propinquus, quo, si ignave 'vos gesseritis, salvi pervenire possitis; et, 'si nunc hostes devitaritis, caeteros quidem '*de vobis* ea consequuturos, quae revisere 'concupiscitis; Athenienses vero magnam '*vestrae* civitatis potentiam, etsi collapsam, 'erecturos. Viri enim *sunt* civitas, non au- 'tem moenia, neque naves viris vacuae.'

78. His Nicias exercitum cohortans simul adibat, et sicubi disjunctum nec ordine servato procedentem videbat, cogebat et in ordinem redigebat. Demosthenes vero nihilo minus eadem aut *his* similia apud suos dicebat. Et Niciae quidem copiae agmine quadrato ibant; Demosthenis vero *copiae*

'κυσίων δέος ἔτι βέβαιοί εἰσι) ἤδη νομί-
'ζετε ἐν τῷ ἐχυρῷ εἶναι. προπέμπετε
'δ' ὡς αὐτὺς, καὶ ἀπαντᾷν, εἰρημένον,
'καὶ σιτία ἄλλα κομίζειν. τὸ δὲ ξύμ-
'παν, γνῶτε, ὦ ἄνδρες στρατιῶται, ἀναγ-
'καῖόν τε ὂν ὑμῖν ἀνδράσιν ἀγαθοῖς γίγνε-
'σθαι, ὡς μὴ ὄντος χωρίυ ἐγγὺς ὅποι
'ἂν μαλακισθέντες σωθείητε, καὶ ἢν νῦν
'διαφύγητε τὺς πολεμίυς, οἵ τε ἄλλοι
'τευξόμενοι ὧν ἐπιθυμεῖτέ πυ ἐπιδεῖν,
'καὶ οἱ Ἀθηναῖοι τὴν μεγάλην δύναμιν
'τῆς πόλεως, καίπερ πεπ[τ]ωκυῖαν, ἐπα-
'νορθώσοντες. ἄνδρες γὰρ πόλις, καὶ οὐ
'τείχη, ὐδὲ νῆες ἀνδρῶν κεναί.'

οή. Ὁ μὲν Νικίας, τοιάδε παρακελευό-μενος ἅμα ἐπήει τὸ στράτευμα, καὶ εἴπη ὁρῴη διεσπασμένον καὶ μὴ ἐν τάξει χωρῦν, ξυνάγων καὶ καθιστάς· καὶ ὁ Δημοσθένης, ὐδὲν ἧσσον τοῖς καθ' ἑαυτὸν τοιαῦτά τε καὶ παραπλήσια λέγων. τὸ δὲ ἐχώρει ἐν πλαισίῳ τεταγμένον τῦ Νικίυ, ἐφεπόμε-

νὸν δὲ, τὸ Δημοσθένους· τοὺς δὲ σκευοφόρους καὶ τὸν πλεῖστον ὄχλον ἐντὸς εἶχον οἱ ὁπλῖται. καὶ ἐπειδή τε ἐγένοντο ἐπὶ τῇ διαβάσει τοῦ Ἀνάπου ποταμοῦ, εὗρον ἐπ' αὐτῷ παρατεταγμένους τῶν Συρακουσίων καὶ ξυμμάχων, καὶ τρεψάμενοι αὐτοὺς καὶ κρατήσαντες τοῦ πόρου, ἐχώρουν ἐς τὸ πρόσθεν. οἱ δὲ Συρακούσιοι, παριππεύοντές τε προσέκειντο, καὶ ἐσακοντίζοντες οἱ ψιλοί. καὶ ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ προελθόντες σταδίους ὡς τεσσαράκοντα, ηὐλίσαντο πρὸς λόφῳ τινὶ οἱ Ἀθηναῖοι· τῇ δ' ὑστεραίᾳ πρωῒ ἐπορεύοντο, καὶ προῆλθον ὡς εἴκοσι σταδίους. καὶ κατέβησαν ἐς χωρίον ἄπεδόν τι, καὶ αὐτοῦ ἐστρατοπεδεύσαντο, βουλόμενοι ἔκ τε τῶν οἰκιῶν λαβεῖν τι ἐδώδιμον (ᾠκεῖτο γὰρ ὁ χῶρος) καὶ ὕδωρ μετὰ σφῶν αὐτῶν φέρεσθαι αὐτόθεν. ἐν γὰρ τῷ πρόσθεν ἐπὶ πολλὰ στάδια ᾗ ἔμελλον ἰέναι, οὐκ ἄφθονον ἦν. οἱ δὲ Συρακούσιοι ἐν τούτῳ προελθόντες, τὴν δίοδον τὴν ἐν τῷ πρόσθεν ἀπετείχιζον. ἦν δὲ λόφος

ſequebantur. Lixas vero et plurimam turbam gravis armaturae milites intra *medium ſuum agmen* receperunt. Poſtquam autem ad Anapi fluminis transitum pervenerunt, Syracuſanorum ac ſociorum manum illic inſtructam invenerunt; quibus fugatis, et transitu in ſuam poteſtatem redacto, ultra proceſſerunt. Et Syracuſanorum equites obequitantes *illis* inſtabant, et levis armaturae milites jaculis *eos* inceſſebant. Atque hac quidem die Athenienſes, ſtadia circiter quadraginta progreſſi, caſtris ad quendam collem poſitis pernoctarunt. Poſtridie vero, diluculo iter ingreſſi ſunt, et viginti circiter ſtadia proceſſerunt: et in quendam campeſtrem locum deſcenderunt, ibique caſtra poſuerunt, tum quod aliquid cibariorum ſumere ex domibus illis (is enim locus habitabatur) tum etiam quod aquam ſecum illinc afferre vellent. Nam ultra locum illum, ad multa ſtadia, qua transituri erant, non erat magna *aquae* copia. Interea vero Syracuſani progreſſi, transitum ulteriorem muro cinxerunt. Erat autem collis natura muni-

tus, et ab utraque ejus parte *erat* torrentis alveus rupibus praeceps. Vocabatur autem Acraeum lepas. Poſtridie vero Athenienſes progredi coeperunt, et Syracuſanorum ac ſociorum equites et jaculatores, qui utrique multi erant, ipſos *progredi* prohibebant, et jaculis inceſſebant et obequitantes infeſtabant. Et diu quidem Athenienſes pugnarunt, tandem vero in eadem caſtra rurſus ſe receperunt. Sed commeatus non aeque *ac prius* amplius habebant. Nam propter *hoſtium* equitatum non poterant amplius *illinc* recedere.

79. Mane tamen motis caſtris, rurſus ire perrexerunt; et ad collem muro cinctum, per vim pervenire tentarunt: et ante ſuas copias invenerunt pedeſtrem *hoſtium* exercitum, qui ſupra *collis* munitionem inſtructus ſtabat, acie non paucorum ſcutatorum in longitudinem exporrecta. Is enim locus erat arctus. Athenienſes autem munitionem aggreſſi oppugnare coeperunt: ſed quum telis ex colle, qui erat acclivis, a multis peterentur (qui enim ex ſuperiore loco facilius pertingebant) nec *eo* poſſent perrumpe-

καρτερὸς, καὶ ἑκατέρωθεν αὐτοῦ χαράδρα κρημνώδης· ἐκαλεῖτο δὲ Ακραῖον λέπας. τῇ δ' ὑστεραίᾳ οἱ Αθηναῖοι προήεσαν, καὶ οἱ τῶν Συρακουσίων καὶ ξυμμάχων αὐτοὺς ἱππεῖς καὶ ἀκοντισαὶ ὄντες πολλοὶ ἑκάτεροι ἐκώλυον, καὶ ἐσηκόντιζόν τε καὶ παρίππευον. καὶ χρόνον μὲν πολὺν ἐμάχοντο οἱ Αθηναῖοι, ἔπειτα ἀνεχώρησαν πάλιν ἐς τὸ αὐτὸ στρατόπεδον, καὶ τὰ ἐπιτήδεια οὐκέτι ὁμοίως εἶχον. οὐ γὰρ ἔτι ἀποχωρεῖν οἷόν τ' ἦν ἀπὸ τῶν ἱππέων.

οθ'. Πρωῒ δὲ ἄραντες, ἐπορεύοντο αὖθις, καὶ ἐβιάσαντο πρὸς τὸν λόφον ἐλθεῖν τὸν ἀποτετειχισμένον. καὶ εὗρον πρὸ ἑαυτῶν ὑπὲρ τοῦ ἀποτειχίσματος τὴν πεζὴν στρατιὰν παρατεταγμένην οὐκ ἐπ' ὀλίγων ἀσπίδων. στενὸν γὰρ ἦν τὸ χωρίον. καὶ προσβαλόντες οἱ Αθηναῖοι ἐτειχομάχουν, καὶ βαλλόμενοι ὑπὸ πολλῶν ἀπὸ τοῦ λόφου ἐπάντους ὄντος, (διικνοῦντο γὰρ ῥᾷον οἱ ἄνωθεν) καὶ οὐ δυνάμενοι βιάσασθαι, ἀνεχώ-

ρυν πάλιν, καὶ ἀνεπαύοντο. ἔτυχον δὲ καὶ βρονταί τινες ἅμα γενόμεναι, καὶ ὕδωρ, οἷα τοῦ ἔτους πρὸς μετόπωρον ἤδη ὄντος φιλεῖ γίγνεσθαι. ἀφ' ὧν οἱ Ἀθηναῖοι μᾶλλον ἔτι ἠθύμουν, καὶ ἐνόμιζον ἐπὶ τῷ σφετέρῳ ὀλέθρῳ καὶ ταῦτα πάντα γίγνεσθαι. ἀναπαυομένων δὲ αὐτῶν, ὁ Γύλιππος καὶ οἱ Συρακούσιοι πέμπουσι μέρος τὶ τῆς στρατιᾶς, ἀποτειχιοῦντας ἐκ τοῦ ὄπισθεν αὐτοὺς ᾗ προεληλύθεσαν. ἀντιπέμψαντες δὲ κἀκεῖνοι σφῶν αὐτῶν τινὰς, διεκώλυσαν. καὶ μετὰ ταῦτα πάσῃ τῇ στρατιᾷ ἀναχωρήσαντες πρὸς τὸ πεδίον μᾶλλον οἱ Ἀθηναῖοι, ηὐλίσαντο· τῇ δ' ὑστεραίᾳ προὐχώρουν. καὶ οἱ Συρακούσιοι προσέβαλλόν τε πανταχῇ αὐτοῖς κύκλῳ, καὶ πολλοὺς κατετραυμάτιζον. καὶ εἰ μὲν ἐπίοιεν οἱ Ἀθηναῖοι, ὑπεχώρουν. εἰ δ' ἀναχωροῖεν, ἐπέκειντο, καὶ μάλιστα τοῖς ὑστάτοις προσπίπτοντες, εἴπως κατὰ βραχὺ τρεψάμενοι, πᾶν τὸ στράτευμα φοβήσειαν. καὶ ἐπιπολὺ μὲν

re, retro ſe receperunt, atque quieverunt. Quinetiam caſu quaedam tonitrua ſimul et imbres *tunc* exſtiterunt, ut anni tempore, quod ad Autumnum jam accedebat, fieri ſolet. Quamobrem Athenienſes longe vehementius animos abjicere coeperunt, quod haec etiam omnia in ſuum exitium fieri putarent. Ipſis autem quieſcentibus, Gylippus et Syracuſani partem quandam copiarum miſerunt, quae ipſos muro intercluderent a tergo, qua venerant. Sed cum ipſi quoque viciſſim quosdam de ſuis miſiſſent, *hoc fieri* prohibuerunt. Poſtea vero Athenienſes propius planitiem reverſi, *caſtris ibi poſitis* pernoctarunt: poſtridie vero progredi coeperunt. Ipſos autem Syracuſani undique circumfuſi adoriebantur, multosque ſauciabant. Et quoties Athenienſes impreſſionem *in eos* faciebant, ipſi ſe ſubducebant: quoties vero recedebant, *illis* inſtabant, praecipue vero noviſſimum agmen carpentes, ſi forte *ea parte* paulatim in fugam verſa, reliquum exercitum perterrefacerent. Et diu Athenien-

ſes hoc modo *Syracuſanis* reſtiterunt: deinde, quinque ſexve ſtadia progreſſi, in planitie conquieverunt. Syracuſani quoque ab illis digreſſi in ſua caſtra redierunt.

80. Noctu vero Niciae et Demoſtheni placuit, (quoniam ipſorum exercitus male ſe habebat, cum ob omnis commeatus inopiam, qua jam premebatur, tum ob multitudinem eorum, qui in multis incurſionibus ab hoſte factis vulnerati fuerant,) quam plurimis ignibus accenſis abducere copias, non tamen amplius eadem via, qua conſtituerant, ſed alia ei contraria, quam Syracuſani ſervabant, mare verſus. Totum autem hoc iter, quod exercitus faciebat, non ad Catanam ducebat; ſed in aliam Siciliae partem, Camarinam verſus et Gelam, aliasque tum Graecas tum barbaras urbes, in illa *Siciliae* parte ſitas. Accenſis igitur multis ignibus, per noctem proficiſci coeperunt. Sed (ut vel in omnibus, praecipue vero maximis exerci-

τοιούτῳ τρόπῳ ἀντεῖχον οἱ Ἀθηναῖοι· ἔπειτα προελθόντες πέντε ἢ ἓξ σαδίους, ἀνεπαύοντο ἐν τῷ πεδίῳ. ἀνεχώρησαν δὲ καὶ οἱ Συρακούσιοι ἀπ᾽ αὐτῶν ἐς τὸ ἑαυτῶν σρατόπεδον.

π΄. Τῆς δὲ νυκτὸς τῷ Νικίᾳ καὶ Δημοσθένει ἐδόκει, ἐπειδὴ κακῶς σφίσι τὸ σράτευμα εἶχε, τῶν τε ἐπιτηδείων πάντων ἀπορία ἤδη, καὶ καλατετραυμαλισμένοι ἦσαν πολλοὶ, ἐν πολλαῖς προσβολαῖς τῶν πολεμίων γεγενημέναις, πυρὰ καύσαντες ὡς πλεῖσα ἀπάγειν τὴν σραλιὰν, μηκέτι τὴν αὐτὴν ὁδὸν ᾗ διενοήθησαν, ἀλλὰ τοὔναντίον ἢ οἱ Συρακούσιοι ἐτήρουν, πρὸς τὴν θάλασσαν. ἦν δὲ ἡ ξύμπασα ὁδὸς αὕτη οὐκ ἐπὶ Κατάνης τῷ σρατεύματι, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἕτερον μέρος τῆς Σικελίας, τὸ πρὸς Καμαρίναν καὶ Γέλαν, καὶ τὰς ταύτῃ πόλεις καὶ Ἑλληνίδας καὶ βαρβάρους. καύσαντες οὖν πυρὰ πολλὰ, ἐχώρουν ἐν τῇ νυκτί. καὶ αὐτοῖς (οἷον φιλεῖ καὶ πᾶσι σρατοπέδοις, μά-

λιστα δὲ τοῖς μεγίστοις, φόβοι ϗ δείματα ἐγγίγνεσθαι, ἄλλως τε ϗ ἐν νυκτί τε ϗ διὰ πολεμίας, ϗ ἀπὸ πολεμίων ȣ̓ πολὺ ἀπεχόντων ἰȣ̃σιν) ἐμπίπτει ταραχή. καὶ τὸ μὲν Νικίȣ στράτευμα, ὥσπερ ἡγεῖτο, ξυνέμενέ τε ϗ πρȣ̈́λαβε πολλῷ· τὸ δὲ Δημοσθένȣς, τὸ ἥμισυ μάλιστα ϗ τὸ πλέον ἀπεσπάσθη τε, ϗ ἀτακτότερον ἐχώρει. ἅμα δὲ τῇ ἕῳ ἀφικνȣ̃νται ὅμως πρὸς τὴν θάλασσαν, ϗ ἐσβάντες ἐς τὴν ὁδὸν τὴν Ἑλωρινὴν καλȣμένην, ἐπορεύοντο, ὅπως ἐπειδὴ γένοιντο παρὰ τῷ ποταμῷ τῷ Κακυπάρει, παρὰ τὸν ποταμὸν ἴοιεν ἄνω διὰ μεσογείας. ἤλπιζον γὰρ ϗ τȣ̀ς Σικελȣ̀ς ταύτῃ, ȣ̃̔ς μετέπεμψαν, ἀπαντήσεσθαι. ἐπεὶ δ' ἐγένοντο ἐπὶ τῷ ποταμῷ, εὗρον ϗ ἐνταῦθα φυλακήν τινα τῶν Συρακȣσίων ἀποτειχίζȣσαν ϗ ἀποσταυρȣ̃σαν τὸν πόρον. καὶ βιασάμενοι αὐτὴν, διέβησάν τε τὸν ποταμὸν, ϗ ἐχώρȣν αὖθις πρὸς ἄλλον ποταμὸν τὸν Ἐρινεόν. ταύτῃ γὰρ οἱ ἡγεμόνες ἐκέλευον.

tibus, praesertim et noctu et per hosticum, et hoste non procul *ab ipsis* distante, iter facientibus, metus et pavor excitari solet) ipsos incessit trepidatio. Et Niciae quidem copiae, quemadmodum praeibant, sic etiam simul perstiterunt, longeque praecesserunt. At Demosthenicarum copiarum dimidia fere atque adeo major pars distracta est, et ordinibus non servatis pergebat. Prima autem luce, tamen ad mare pervenerunt, et viam nomine Helorinam ingressi, ire pergebant, ut cum ad Cacyparim fluvium devenissent, secundum ipsum fluvium per mediterranea in superiora loca se conferrent. Sperabant enim hac etiam Siculos, quos accersissent, obviam sibi venturos. Sed cum ad fluvium venissent, hic quoque quoddam Syracusanorum praesidium invenerunt, quod muris valloque transitum praecludebat: sed eo *praesidio* per vim *illinc* depulso, fluvium illum trajecerunt, et rursus ad alium fluvium nomine Erineum contenderunt. Hac enim duces *iter fieri* jusserant,

81. Interea vero Syracuſani ac ſocii, ubi dies illuxit, et Athenienſes abiſſe cognoverunt, plerique Gylippum inſimulabant, quod Athenienſes ſciens prudensque dimiſiſſet. Quare celeriter perſequentes, qua progreſſos non difficile norant, ſub horam prandii *eos* adipiſcuntur. Cum autem aſſequuti fuiſſent Demoſthenis milites, qui poſtremi erant, et tarde et incompoſite iter faciebant, quod noctu tunc perturbati fuiſſent, confeſtim *eos* aggreſſi pugnare coeperunt. Syracuſanorum autem equitatus ipſos facilius circumdedit, et in exiguum loci ſpatium contraxit, quod tunc eſſent ſeparati. Nam Niciae exercitus ulterius progreſſus diſtabat *illinc* centum et quinquaginta ſtadia. Nicias enim *agmen* ocius ducebat, quod exiſtimaret, minime ſalutare eſſe in hujusmodi tempore cunctari ultro et dimicare, ſed quam celerrime ſeſe recipere, ita ut *milites* eatenus pugnarent quatenus cogerentur. Demoſthenes vero multiplici,



πα΄. Ἐν τούτῳ δ᾽ οἱ Συρακούσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι, ὡς ἥ τε ἡμέρα ἐγένετο, καὶ ἔγνωσαν τοὺς Ἀθηναίους ἀπεληλυθότας, ἐν αἰτίᾳ τε οἱ πολλοὶ τὸν Γύλιππον εἶχον, ἑκόντα ἀφεῖναι τοὺς Ἀθηναίους· καὶ κατὰ τάχος διώκοντες, ᾗ οὐ χαλεπῶς ᾐσθάνοντο κεχωρηκότας, καταλαμβάνουσι περὶ ἀρίστου ὥραν. καὶ ὡς προσέμιξαν τοῖς μετὰ τοῦ Δημοσθένους, ὑστέροις τε οὖσι, καὶ σχολαίτερον καὶ ἀτακτότερον χωροῦσιν, ὡς τῆς νυκτὸς τότε ξυνεταράχθησαν, εὐθὺς προσπεσόντες ἐμάχοντο. καὶ οἱ ἱππεῖς τῶν Συρακουσίων ἐκυκλοῦντό τε ῥᾷον αὐτοὺς, δίχα δὴ ὄντας, καὶ ξυνῆγον ἐς ταυτό. τὸ δὲ Νικίου στράτευμα ἀπεῖχεν ἐν τῷ πρόσθεν ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα σταδίους. θᾶσσόν τε γὰρ ὁ Νικίας ἦγε, νομίζων οὐ τὸ ὑπομένειν ἐν τῷ τοιούτῳ ἑκόντας εἶναι, καὶ μάχεσθαι, σωτηρίαν, ἀλλὰ τὸ ὡς τάχιστα ὑποχωρεῖν, τοσαῦτα μαχομένους ὅσα ἀναγκάζονται. ὁ δὲ Δημοσθένης ἐτύγχανέ τε τὰ πλείω ἐν

πόνῳ τε ξυνεχεστέρῳ ὢν, διὰ τὸ ὕστερῳ ἀναχωροῦντι αὐτῷ ἐπικεῖσθαι τοὺς πολεμίους. καὶ τότε γνοὺς τοὺς Συρακουσίους διώκοντας, οὐ προὐχώρει μᾶλλον ἢ ἐς μάχην ξυνετάσσετο, ἕως ἐνδιατρίβων κυκλοῦταί τε ὑπ' αὐτῶν, καὶ πολλῷ θορύβῳ αὐτός τε καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ Ἀθηναῖοι ἦσαν. ἀνειληθέντες γὰρ ἔς τι χωρίον, ᾧ κύκλῳ μὲν τειχίον περιῆν, (ὁδὸς δὲ ἔνθεν τε καὶ ἔνθεν,) ἐλαίας δέ οὐκ ὀλίγας εἶχεν, ἐβάλλοντό τε περισταδόν. τοιαύταις δὲ προσβολαῖς, καὶ οὐ ξυσταδὸν μάχαις, οἱ Συρακούσιοι εἰκότως ἐχρῶντο. τὸ γὰρ ἀποκινδυνεύειν πρὸς ἀνθρώπους ἀπονενοημένους, οὐ πρὸς ἐκείνων μᾶλλον ἦν ἔτι ἢ πρὸς τῶν Ἀθηναίων. καὶ ἅμα φειδώ τε τὶς ἐγένετο ἐπ' εὐπραγίᾳ ἤδη σαφεῖ μὴ προαναλωθῆναί τῳ, καὶ ἐνόμιζον καὶ ὡς ταύτῃ τῇ ἰδέᾳ καταδαμασάμενοι λήψεσθαι αὐτούς.

πϐ'. Ἐπειδὴ γοῦν δι' ἡμέρας βάλλοντες πανταχόθεν, τοὺς Ἀθηναίους καὶ ξυμμά-

oque assiduo labore, magis ac magis premebatur, quod ipsum posterius digressum, hostes priores urgerent. Cum autem tunc Syracusanos insequentes animadvertisset, non tam progrediebatur, quam ad proelium aciem instruebat, donec cunctatus ab ipsis est circumventus, et cum ipse, tum Athenienses, qui cum ipso erant, in magna perturbatione sunt constituti. Nam conclusi intra quendam locum, qui muro circumdatus erat, et viam hinc et inde, et non paucas oleas habebat, missilibus undique petebantur. Hujusmodi autem assultibus, non autem stataria pugna, haud abs re Syracusani utebantur. Nam adversus homines desperatos periculum subire, non amplius tam e re illorum quam Atheniensium erat. Simul etiam *Syracusani* nonnihil sibi parcebant, propter manifestum rei feliciter gestae successum, quem jam adepti erant, ne prius, *quam hostes debellassent*, aliqua *ratione ipsi ab illis* absumerentur; et existimabant, vel sic, hoc ipso *pugnae* genere illos, a se perdomitos, captum iri.

82. Cum igitur Gylippus et Syracusani sociique totum diem undique telis *hostem*

petentes, animadvertiſſent Athenienſes ſociosque vulneribus ac aliis aerumnis graviter afflictos, per praeconis vocem edixerunt, primum quidem, ſi quis ex inſularum incolis ad ſe transire vellet, ea conditione, ut liber eſſet. Quaedam autem, non multae tamen, civitates *ad ipſos* transierunt. Poſtea vero et cum caeteris omnibus, qui cum Demoſthene erant, compoſitio facta eſt ea lege, ut arma traderent, et *eorum* nullus mortem obiret aut violentam, aut in vinculis, aut inopia rerum ad victum neceſſariarum. Univerſi autem, qui ſe ipſos dediderunt, erant numero ſex *hominum* millia, omnemque pecuniam, quam habebant, depoſuerant, *eam* in ſupina ſcuta conjicientes, et quatuor ſcuta repleverunt. Atque hos quidem *Syracuſani* confeſtim in urbem abduxerunt. Nicias vero ejusque milites eodem die ad fluvium Erineum pervenerunt, eoque trajecto, in edito quodam loco copias *et caſtra* collocavit.

83. Poſtridie vero Syracuſani eum ad-

χους ἑώρων ἤδη τεταλαιπωρημένους τοῖς τε τραύμασι καὶ τῇ ἄλλῃ κακώσει, κήρυγμα ποιοῦνται Γύλιππος καὶ Συρακούσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι, πρῶτον μὲν τῶν νησιωτῶν εἴ τις βούλεται ἐπ' ἐλευθερίᾳ ὡς σφᾶς ἀπιέναι. καὶ ἀπεχώρησαν τινὲς πόλεις οὐ πολλαί. ἔπειτα δ' ὕστερον καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἅπαντας τοὺς μετὰ Δημοσθένους ὁμολογία γίγνεται, ὥστε ὅπλα τε παραδοῦναι, καὶ μὴ ἀποθανεῖν μηδένα, μήτε βιαίως, μήτε δεσμοῖς, μήτε τῆς ἀναγκαιοτάτης ἐνδείᾳ διαίτης. καὶ παρέδοσαν οἱ πάντες σφᾶς αὐτοὺς ἑξακισχίλιοι, καὶ τὸ ἀργύριον ὃ εἶχον ἅπαν κατέθεσαν, ἐσβαλόντες ἐς ἀσπίδας ὑπτίας, καὶ ἐνέπλησαν ἀσπίδας τέσσαρας. καὶ τούτους μὲν εὐθὺς ἀπεκόμισαν ἐς τὴν πόλιν· Νικίας δὲ καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ἀφικνοῦνται αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν Ἐρινεὸν, καὶ διαβὰς πρὸς μετέωρόν τι ἐκάθισε τὴν στρατιάν.

πγ΄. Οἱ δὲ Συρακούσιοι τῇ ὑστεραίᾳ κα-

ταλαβόντες αὐτὸν, ἔλεγον ὅτι οἱ μετὰ Δημοσθένους παραδεδώκοιεν σφᾶς αὐτοὺς, κελεύοντες κἀκεῖνον τὸ αὐτὸ δρᾷν. ὁ δ' ἀπιστῶν σπένδεται ἱππέα πέμψαι σκεψόμενον. ὡς δ' οἰχόμενος ἀπήγγειλε πάλιν παραδεδωκότας, ἐπικηρυκεύεται Γυλίππῳ καὶ Συρακουσίοις εἶναι ἕτοιμος ὑπὲρ Ἀθηναίων ξυμβῆναι, ὅσα ἀνάλωσαν χρήματα Συρακούσιοι ἐς τὸν πόλεμον, ταῦτα ἀποδοῦναι, ὥστε τὴν μετ' αὐτοῦ στρατιὰν ἀφεῖναι αὐτούς. μέχρις οὗ δ' ἂν τὰ χρήματα ἀποδοθῇ, ἄνδρας δώσειν Ἀθηναίων ὁμήρους, ἕνα κατὰ τάλαντον. οἱ δὲ Συρακούσιοι καὶ Γύλιππος οὐ προσεδέχοντο τοὺς λόγους, ἀλλὰ προσπεσόντες, καὶ περιστάντες πανταχόθεν, ἔβαλλον καὶ τούτους μέχρι ὀψέ. εἶχον δὲ καὶ οὗτοι πονήρως σίτου τε καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων ἀπορίᾳ. ὅμως δὲ τῆς νυκτὸς φυλάξαντες τὸ ἡσυχάζον ἔμελλον πορεύσεσθαι. καὶ ἀναλαμβάνουσί τε τὰ ὅπλα, καὶ οἱ Συρακούσιοι αἰσθάνον-

epti, dixerunt Demosthenis milites sese dedidisse, et ipsum quoque idem facere jusserunt. Ille vero, quod his fidem non haberet, induciis *cum hoste* factis equitem misit, qui *rem* exploraret. Cum autem *eques* reversus renuntiasset dedidisse, *Nicias* per caduceatorem Gylippo Syracusanisque respondit, se paratum esse ad transigendum pro Atheniensibus, ut, quos sumtus in bellum Syracusani fecissent, hos restitueret, ea conditione, ut ipsi *seipsum et* suum exercitum dimitterent. Donec autem pecunia persolveretur, se daturum obsides ex Atheniensibus, singulis talentis in singula obsidum capita taxatis. At Syracusani et Gylippus has conditiones non acceperunt, sed impressione *in eos* facta, et undique circumstantes, hos etiam ad vesperum usque telis petierunt. Ob commeatus autem et rerum aliarum inopiam hi quoque male se habebant. Sed tamen, observato noctis silentio, discedere statuerant. Quamobrem arma sumserunt: sed Syracusani *hoc* senserunt, et ad

arma conclamarunt. Athenienſes vero, cum cognoviſſent ſe non latere *hoſtem*, rurſus *arma* depoſuerunt, exceptis fere trecentis. Iſti enim per *media Syracuſanorum* praeſidia perrumpentes, per noctem contenderunt, qua potuerunt.

84. Nicias vero, cum dies illuxiſſet, exercitum abducere coepit. Syracuſani vero et ſocii urgebant eodem modo, *quo pridie*, telis et jaculis undique petentes. Sed Athenienſes properabant ad flumen Aſſinarum, ſimul quidem quod undique graviter urgerentur *aſſiduis* multorum equitum ac alius multitudinis incurſionibus, quod aliquo modo melius ſecum actum iri putarent, ſi flumen illud trajeciſſent: ſimul etiam laſſitudine bibendique deſiderio. Cum autem ad ipſum perveniſſent, nullo jam ordine *in ipſum* irrumpunt, ſed unusquisque primus *id* transire cupiens. At hoſtes *illis* inſtantes transitum jam difficilem reddebant. Quod enim iter conferti facere cogerentur, alii ſuper alios cadebant, et *alii alios* conculca-

ται, καὶ ἐπαιώνισαν. γνόντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι ὅτι οὐ λανθάνουσι, κατέθεντο πάλιν, πλὴν τριακοσίων μάλιστα ἀνδρῶν. οὗτοι δὲ διὰ τῶν φυλάκων βιασάμενοι, ἐχώρουν τῆς νυκτὸς ᾗ ἐδύναντο.

πδ΄. Νικίας δὲ, ἐπειδὴ ἡμέρα ἐγένετο, ἦγε τὴν στρατιάν· οἱ δὲ Συρακούσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι προσέκειντο τὸν αὐτὸν τρόπον πανταχόθεν βάλλοντές τε καὶ κατακοντίζοντες. καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἠπείγοντο πρὸς τὸν Ἀσίναρον ποταμὸν, ἅμα μὲν βιαζόμενοι ὑπὸ τῆς πανταχόθεν προσβολῆς ἱππέων τε πολλῶν καὶ τοῦ ἄλλου ὄχλου, οἰόμενοι ῥᾷόν τι σφίσιν ἔσεσθαι ἢν διαβῶσι τὸν ποταμόν· ἅμα δὲ ὑπὸ τῆς ταλαιπωρίας, καὶ τοῦ πιεῖν ἐπιθυμίᾳ. ὡς δὲ γίγνονται ἐπ᾽ αὐτῷ, ἐσπίπτουσιν οὐδενὶ κόσμῳ ἔτι, ἀλλὰ πᾶς τέ τις διαβῆναι πρῶτος βουλόμενος. καὶ οἱ πολέμιοι ἐπικείμενοι χαλεπὴν ἤδη τὴν διάβασιν ἐποίουν. ἀθρόοι γὰρ ἀναγκαζόμενοι χωρεῖν, ἐπέπιπτόν τε ἀλλήλοις,

καὶ κατεπάτουν, περί τε τοῖς δορατίοις καὶ σκεύεσιν οἱ μὲν εὐθὺς διεφθείροντο, οἱ δὲ, ἐμπαλασσόμενοι κατέῤῥεον. ἐς τὰ ἐπὶ θάτερά τε τοῦ ποταμοῦ παραστάντες οἱ Συρακούσιοι (ἦν δὲ κρημνῶδες) ἔβαλλον ἄνωθεν τοὺς Ἀθηναίους, πινοντάς τε τοὺς πολλοὺς ἀσμένους, καὶ ἐν κοίλῳ ὄντι τῷ ποταμῷ ἐν σφίσιν αὐτοῖς ταρασσομένους. οἵ τε Πελοποννήσιοι ἐπικαταβάντες τοὺς ἐν τῷ ποταμῷ μάλιστα ἔσφαζον. καὶ τὸ ὕδωρ εὐθὺς διέφθαρτο· ἀλλ' οὐδὲν ἧσσον ἐπίνετό τε ὁμοῦ τῷ πηλῷ ᾑματωμένον, καὶ περιμάχητον ἦν τοῖς πολλοῖς.

πέ. Τέλος δὲ, νεκρῶν τε πολλῶν ἐπ' ἀλλήλοις ἤδη κειμένων ἐν τῷ ποταμῷ, καὶ διεφθαρμένου τοῦ στρατεύματος, τοῦ μὲν, κατὰ τὸν ποταμὸν, τοῦ δὲ, καὶ εἴτι διαφύγοι, ὑπὸ τῶν ἱππέων, ὁ Νικίας Γυλίππῳ ἑαυτὸν παραδίδωσι, πιστεύσας μᾶλλον αὐτῷ ἢ τοῖς Συρακουσίοις. καὶ ἑαυτῷ μὲν χρῆσθαι ἐκέλευεν ἐκεῖνόν τε καὶ Λακεδαιμονίους

bant, et alii quidem in tela et arma incidentes confestim peribant, alii vero se ipsi mutuo complectentes secundo flumine ferebantur. In ulteriorem etiam fluminis ripam transgressi Syracusani (erat autem praeceps) et dispositi, e superiore loco Athenienses telis conficiebant, multos etiam avide potantes, et inter se ipsos in cavo fluminis alveo perturbatos. Peloponnesii vero *illuc* descendentes trucidarunt eos praecipue, qui erant in fluvio. Et aqua confestim est corrupta. Sed quamvis et coeno simul et sanguine esset polluta, nihilominus tamen bibebatur, et de ea multi inter se digladiabantur.

85. Tandem vero cum multa cadavera alia super alia in flumine jam jacerent, et exercitus profligatus esset, partim quidem apud amnem, partim vero, si quis etiam effugerat, ab equitibus, Nicias se Gylippo dedidit, quod ipsi majorem quam Syracusanis fidem haberet. Et cum illi, tum etiam *caeteris* Lacedaemoniis permisit, ut arbitratu suo de se statuerent: sed *hostes oravit*, ut caeteros milites *Athenienses* occidere ces-

ſarent. Poſtea vero Gylippus imperavit, ut *Athenienſes* jam vivi caperentur: et caeteros, quotquot *a Syracuſanis* nondum occultati fuiſſent, (horum autem numerus erat magnus) vivos *in urbem* deduxerunt; quinetiam trecentos illos, qui noctu per media *Syracuſanorum* praeſidia transierant, miſſis qui *eos* perſequerentur, comprehenderunt. Verum hujus exercitus ea quidem pars, quae in unum publice contracta fuit, haud magna fuit: ea vero, quae *a privatis hominibus* ſurrepta *ac ſuppreſſa* fuit, magna fuit. Hisque tota Sicilia fuit repleta, quippe quod *iſti* non ex pactione (quemadmodum illi, qui cum Demoſthene erant) capti fuiſſent. Quaedam etiam *horum* non exigua pars interiit. Haec enim ſtrages *a Syracuſanis eorumque ſociis tunc edita* maxima fuit; nec ulla minor earum *omnium*, quae in hoc Siculo bello factae fuerunt. Et in caeteris incurſionibus, quae, dum iter fieret, frequentes fuerunt, non pauci obierunt.. Multi tamen etiam evaſerunt, partim quidem, vel ſtatim, partim vero, vel poſt toleratam *aliquandiu* ſervitutem, et poſtea fuga elapſi. His vero in Catanam erat receptus.

ὅ,τι βούλονται, τοὺς δὲ ἄλλους στρατιώτας παύσασθαι φονεύοντας. καὶ ὁ Γύλιππος μετὰ τοῦτο ζωγρεῖν ἤδη ἐκέλευε, καὶ τούς τε λοιποὺς, ὅσους μὴ ἀπεκρύψαντο, (πολλοὶ δὲ οὗτοι ἐγένοντο) ξυνεκόμισαν ζῶντας, καὶ ἐπὶ τοὺς τριακοσίους οἳ τὴν φυλακὴν διεξῆλθον τῆς νυκτὸς, πέμψαντες τοὺς διωξομένους, ξυνέλαβον. τὸ μὲν οὖν ἀθροισθὲν τοῦ στρατεύματος ἐς τὸ κοινὸν, οὐ πολὺ ἐγένετο, τὸ δὲ διακλαπὲν, πολύ. καὶ κατεπλήσθη πᾶσα Σικελία αὐτῶν, ἅτε οὐκ ἀπὸ ξυμβάσεως, ὥσπερ τῶν μετὰ Δημοσθένους, ληφθέντων. μέρος δέ τι οὐκ ὀλίγον καὶ ἀπέθανε. πλεῖστος γὰρ δὴ φόνος οὗτος καὶ οὐδενὸς ἐλάσσων τῶν ἐν τῷ Σικελικῷ πολέμῳ τούτῳ ἐγένετο. καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις προσβολαῖς ταῖς κατὰ τὴν πορείαν συχναῖς γενομέναις οὐκ ὀλίγοι ἐτεθνήκεσαν. πολλοὶ δὲ ὅμως καὶ διέφυγον, οἱ μὲν, καὶ παραυτίκα, οἱ δὲ, καὶ δουλεύσαντες, καὶ διαδιδράσκοντες ὕστερον. τούτοις δ' ἦν ἀναχώρησις ἐς Κατάνην.

πϛʹ. Συναθροισθέντες δὲ οἱ Συρακούσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι, τῶν τε αἰχμαλώτων ὅσους ἐδύναντο πλείστους καὶ τὰ σκῦλα ἀναλαβόντες, ἀνεχώρησαν ἐς τὴν πόλιν. καὶ τοὺς μὲν ἄλλους Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμμάχων ὁπόσους ἔλαβον, κατεβίβασαν ἐς τὰς Λιθοτομίας, ἀσφαλεστάτην εἶναι νομίσαντες τὴν τήρησιν· Νικίαν δὲ καὶ Δημοσθένην ἄκοντος Γυλίππου ἀπέσφαξαν. ὁ γὰρ Γύλιππος καλὸν τὸ ἀγώνισμα ἐνόμιζέν οἱ εἶναι, ἐπὶ τοῖς ἄλλοις καὶ τοὺς ἀντιστρατήγους κομίσαι Λακεδαιμονίοις. ξυνέβαινε δὲ, τὸν μὲν πολεμιώτατον αὐτοῖς εἶναι, Δημοσθένην, διὰ τὰ ἐν τῇ νήσῳ καὶ Πύλῳ. τὸν δὲ, διὰ τὰ αὐτὰ ἐπιτηδειότατον. τοὺς γὰρ ἐκ τῆς νήσου ἄνδρας τῶν Λακεδαιμονίων ὁ Νικίας προὐθυμήθη, σπονδὰς πείσας τοὺς Ἀθηναίους ποιήσασθαι, ὥστε ἀφεθῆναι. ἀνθ' ὧν οἵ τε Λακεδαιμόνιοι ἦσαν αὐτῷ προσφιλεῖς, κἀκεῖνος οὐχ ἥκιστα πιστεύσας ἑαυτὸν τῷ Γυλίππῳ παρέδωκεν. ἀλλὰ τῶν Συ-

86. Syracuſani autem et ſocii congregati, ac aſſumtis quam plurimis potuerunt captivis et ſpoliis, in urbem redierunt. Et caeteros quidem Athenienſium ac ſociorum, quoscunque ceperant, in lapicidinas demiſerunt, eam cuſtodiam tutiſſimam eſſe ducentes: Niciam vero ac Demoſthenem, invito Gylippo, necaverunt. Gylippus enim praeclarum certamen *atque victoriae praemium* ſibi fore putabat, ſi praeter caetera ipſos etiam hoſtium duces ad Lacedaemonios *ex eo bello* portaret. Accidit autem ut alter quidem, Demoſthenes *videlicet*, eſſet ipſorum hoſtis acerrimus, propter res in inſula *Sphacteria* et ad Pylum *geſtas*: Nicias vero, ob has ipſas *res*, amiciſſimus *atque gratiſſimus ipſis eſſet*. Nicias enim, inductis Athenienſibus ad foedera cum Lacedaemoniis facienda, magno ſtudio contendit, ut Lacedaemoniorum cives in inſula capti dimitterentur. Quamobrem et Lacedaemonii in ejus amorem erant propenſi, et ipſe maximam Gylippo fidem habens ſe *ipſi* dedidit,

Sed Syracuſanorum quidam (ut ferebatur) partim quidem, veriti ne ille, quod colloquia cum illo habuiſſent, propterea habita quaeſtione felicem rerum ſuarum ſtatum perturbaret; partim vero (et praecipue Corinthii) ne aliquibus pecunia adductis (quia dives erat) aufugeret, atque rurſus aliquid rerum novarum in ipſos moliretur, ſociis *ad hoc faciendum* inductis, eum interfecerunt. Atque Nicias quidem ob hanc aut *aliam* huic quam proximam cauſam morte mulctatus fuit, vir profecto omnium, mea ſaltem aetate, Graecorum minime dignus, qui eo infelicitatis deveniret, propter pietatis ſtudium, quo Deos colere conſueverat.

87. Captivos autem, qui erant in lapicidinis, Syracuſani duriter initio tractarunt. Eos enim, quod multi in loco depreſſo eſſent, primum ſoles et praeterea graves aeſtus vehementer infeſtabant, quia nullo tecto tegebantur, et noctes contra autumnales ac frigidae ſupervenientes, propter mutationem novos ipſis morbos afferebant. Prae-

ρακȣσίων τινὲς (ὡς ἐλέγετο) οἱ μὲν, δείσαντες, ὅτι πρὸς αὐτὸν ἐκεκοινολόγηντο, μὴ βασανιζόμενος διὰ τὸ τοιοῦτον ταραχὴν σφίσιν ἐν εὐπραγίᾳ ποίησῃ, ἄλλοι δὲ (καὶ ȣ̓χ ἥκιϛα οἱ Κορίνθιοι) μὴ χρήμασι πείσας τινὰς (ὅτι πλȣ́σιος ἦν) ἀποδρᾷ, ϗ αὖθις σφίσι νεώτερόν τι ἀπ' αὐτȣ̃ γένηται, πείσαντές τε τȣ̀ς ξυμμάχȣς ἀπέκτειναν αὐτόν. καὶ ὁ μὲν τοιαύτῃ ἢ ὅτι ἐγγυτάτω τȣ́των αἰτίᾳ ἐτεθνήκει, ἥκιϛα δὴ ἄξιος ὢν τῶν γε ἐπ' ἐμȣ̃ Ἑλλήνων ἐς τȣ̃το δυϛυχίας ἀφικέσθαι, διὰ τὴν νενομισμένην ἐς τὸ θεῖον ἐπιτήδευσιν.

πζ'. Τȣ̀ς δ' ἐν ταῖς Λιθοτομίαις οἱ Συρακȣ́σιοι χαλεπῶς τȣ̀ς πρώτȣς χρόνȣς μετεχείρισαν. ἐν γὰρ κοίλῳ χωρίῳ ὄντας πολλȣ̀ς οἵ τε ἥλιοι τοπρῶτον ϗ τὸ πνῖγος ἔτι ἐλύπει, διὰ τὸ ἀϛέγαϛον, ϗ αἱ νύκτες ἐπιγιγνόμεναι τȣ̀ναντίον μετοπωριναὶ καὶ ψυχραὶ, τῇ μεταβολῇ ἐς ἀσθένειαν ἐνεωτέριζον. πάντα τε ποιȣ́ντων αὐτῶν διὰ

στενοχωρίαν ἐν τῷ αὐτῷ, καὶ προσέτι τῶν νεκρῶν ὁμοῦ ἐπ' ἀλλήλοις ξυννενημένων, οἳ ἔκ τε τῶν τραυμάτων, καὶ διὰ τὴν μεταβολὴν καὶ τὸ τοιοῦτον ἀπέθνησκον. καὶ ὀσμαὶ ἦσαν οὐκ ἀνεκτοὶ, καὶ λιμῷ ἅμα καὶ δίψει ἐπιέζοντο. ἐδίδοσαν γὰρ αὐτῶν ἑκάστῳ ἐπὶ ὀκτὼ μῆνας κοτύλην ὕδατος καὶ δύο κοτύλας σίτου· ἄλλα τε ὅσα εἰκὸς ἐν [τῷ] τοιούτῳ χωρίῳ ἐμπεπτωκότας κακοπαθῆσαι, οὐδὲν ὅ,τι οὐκ ἐπεγένετο αὐτοῖς. καὶ ἡμέρας μὲν ἑβδομήκοντά τινας οὕτω διητήθησαν ἀθρόοι· ἔπειτα, πλὴν Αθηναίων, καὶ εἴτινες Σικελιωτῶν ἢ Ιταλιωτῶν ξυνεστράτευσαν, τοὺς ἄλλους ἀπέδοντο. ἐλήφθησαν δὲ οἱ ξύμπαντες, ἀκριβείᾳ μὲν χαλεπὸν ἐξειπεῖν, ὅμως δὲ οὐκ ἐλάσσους ἑπτακισχιλίων. ξυνέβη τε ἔργον τοῦτο Ἑλληνικὸν τῶν κατὰ τὸν πόλεμον τόνδε μέγιστον γενέσθαι. δοκεῖν δ' ἔμοιγε, καὶ ὧν ἀκοῇ Ἑλληνικῶν ἴσμεν, καὶ τοῖς τε κρατήσασι λαμπρότατον, καὶ τοῖς διαφθαρεῖσι

cipue vero, quod propter loci anguſtias omnia in eodem *loco* facerent; et praeterea cadavera ſimul alia ſuper alia jacerent coacervata, *eorum*, qui propter vulnera, et propter mutationem ac hujusmodi *cauſas* moriebantur. Erant etiam *illic* odores intolerabiles, praeterea fame ſimul et ſiti premebantur. Nam per octo menſes *Syracuſani* ſingulis eorum unam aquae cotylam, et duas frumenti cotylas dederunt. Denique quaecunque alia mala credibile eſt homines in hujusmodi locum detruſos perpeti, nullum horum fuit, quin ipſis acciderit. Atque ſeptuaginta quidem dies vitam ſic *omnes* egerunt *in anguſto loco* ſtipati. Deinde vero praeter Athenienſes, et ſi qui Sicilienſes aut Itali cum illis militaverant, caeteros *omnes* divendiderunt. Quot autem in univerſum decapti fuerint, arduum quidem accurate declarare: veruntamen non pauciores fuerunt ſeptem millibus. Haec autem clades Graecis illata, earum *omnium*, quae in hoc bello contigerunt, maxima fuit: atque adeo (ut mihi ſaltem videtur) vel *omnium aliarum*, quas Graecis illatas fuiſſe fama accepimus, eademque victoribus ſplendidiſſima victis-

que calamitosissima. Nam omnibus in rebus prorsus victi, nec ulla in re leviter afflicti, sed funditus (ut dici solet) eversi fuerunt, et peditatus et classis: denique nihil fuit, quin perierit. Et pauci e multis domum redierunt. Atque hae quidem sunt res in Sicilia gestae.

THUCYDIDIS
LIBRI SEPTIMI
FINIS.




δυστυχέστατον. κατὰ πάντα γὰρ πάντως νικηθέντες, καὶ οὐδὲν ὀλίγον ἐς οὐδὲν κακοπαθήσαντες, πανωλεθρίᾳ δὴ, τὸ λεγόμενον, καὶ πεζὸς καὶ νῆες, καὶ οὐδὲν ὅ,τι οὐκ ἀπώλετο· καὶ ὀλίγοι ἀπὸ πολλῶν ἐπ' οἴκου ἀπενόστησαν. ταῦτα μὲν τὰ περὶ τὴν Σικελίαν γενόμενα.

ΤΟΥ ΕΒΔΟΜΟΥ
ΤΟΥ ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ
ΤΟ ΤΕΛΟΣ.









THUCYDI


VII


colorchecker CLASSIC




















calibrite

mm